

De Sulevis campestribus fatis

Maximilian
Siebourg

class 8859.2




Harvard College Library

FROM THE FUND OF

CHARLES MINOT

(Class of 1828)



DE
SVLEVIS CAMPESTRIBVS FATIS

DISSERTATIO EPIGRAPHICA

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM
ORDINIS IN VNIVERSITATE FRIDERICIA
GVILELMIA RHENANA RITE IMPETRANDOS VNA
CVM SENTENTIIS CONTROVERSIIS DIE X
MENSIS AVGVSTI ANNI MDCCCLXXXVI HORA XI
PVBLICE DEFENDET AVCTOR

MAXIMILIANVS SIEBOVRG
CREFELDENSIS

ADVERSARII ERVNT

ERNESTVS MVELLENBACH DR. PHIL.
HERMANNVS GASSMANN STVD. PHIL.
AVGVSTVS OXÉ SEM. REG. SEN.



BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.

MDCCCLXXXVI

Class 85 59.2

~~12273.93~~



Minot Fund

606

FRANCISCO BVECHLER
EDVARDO LVEBBERT
HERMANNO VSENER

Cum uberiorem quaestionem de Matrum s. Matronarum natura ac cultu instituerem, secunda fortuna accidit, ut Romae castra equitum singularium detegerentur ibique permulta monumenta prodirent more adhuc ignoto fere omnibus numinibus consecrata, quae illis temporibus in religione erant. ea monumenta ut ad historiam numeri singularium Augusti illustrandam maxime pertinent, ita mihi haud parvi momenti erant, quod notitiam nostram de numinibus aliquot satis obscuris amplificaverunt: de Sulevis Campestribus Fatis. scriptores veteres de iis silent; quare operae pretium me facturum esse duxi quotquot mihi innotuerunt monumenta his numinibus sacra componendo earumque religionum historiam quoad potui adumbrando, praesertim cum et alii et is qui nuperrime de iis scripsit, Marucchi, non recte mihi iudicasse viderentur.

Saepe cum opus esset deas Matres s. Matronas comparare, testimonia eorum quae contendi, pro huius dissertationis ratione non ubique poteram plena adferre; fortasse aliquando licebit hanc quoque uberiorem quaestionem proponere.

S. Dehneri mei, olim Romani, indefessa comitate factum est, ut ea quoque quae nuperrime Henzenus in annalibus instituti, Marucchi in 'Bulletin. archeol. commun.' de monumentis Romanis commentati sunt, in usum meum convertere possem. idem mea causa Lanciano interrogato certior me fecit omnes titulos Romanos ad numina nostra pertinentes nunciam publici iuris factos esse.

Excursum quem de iis feceram, quae nova de singularibus ex titulis Romanis discuntur, omittendum duxi, ubi primum Henzeni commentationem accepi.

Compendia adhibeo quae in usu sunt; rariora suo loco plena indicavi.

Monumenta.

I.

Suleviae.

1. Romae rep., via Tasso. — Annali dell' istit. 1885, p. 271 n. 24 cf. Bullett. comm. archeol. 1885, 4 no. 1079.

a. 207 ded III as¹ | Apro et. Maximo . cos | pro . salute .
impp². nn. Augg | Matribus . paternis | et . maternis . meisque³ | Sulevis .
Candidini | us . Saturninus . dec | eq . s⁴ . imp . nn . | voto⁵ . libens . posui .

1 e. gr. restituam: 'ded(icatum) III [kal. Iun]as' | 2 'impp(eratorum) nn(ostrorum) Augg(ustorum)' qui sunt Septimius Severus et Antoninus Caracalla | 3 Henzenus (annali II.) p. 272 iniuria 'meisque' cum 'Sulevis' coniungit, cum parentes et filius ita nequeant separari; 'Sulevis' deinde ut in omnibus Romanis monumentis cognomen Matrum est; cf. infra quoque p. 31 | 4 'dec(urio) eq(uitum) s(ingularium) imp(eratorum) nn(ostrorum)'. de his urbanis militibus cf. Marquardt, Staatsverw. V 2 p. 488 et quae nuper harum rerum peritissimus iudex, Henzenus, disseruit II. p. 239—291. Mommsen EE V p. 233 patrias eorum composuit, unde efficitur pterosque e septentrione oriundos esse. Candidinium nostrum conicio Batavum esse et ob nominis formam¹) et quia omnium equitum singularium, qui in CIL. vol. VI recensentur, duo tantum Candidinii (VI 3240) Verax et Spectatus fratres ipsi se Batavos nominant ('natione Badaus') | 5 'voto' usitatus 'ex voto'.

Nota dedicantem prima loqui persona, ut Arch. Zeit. 28 p. 54: 'Matribus meis Germanis Suebis'.

De cognominibus, ut hoc semel dicatur, infra uberius disputabitur.

2. ibid. rep. — ibid. p. 258 n. 20 = Bull. comm. no. 1062 'cippus marmoreus'.

I o m¹ | Innoni . Minervae | Marti . Victoriae . Herculi | Fortu-
nae . Mercurio | Felicitati . Salutis² . Fatis | Campestribus . Silvano |
Apollini . Dianae . Eponae | Matribus Sulevis ceterisque | dis immorta-
libus | Genio . numeri . eq . sing . Aug³ | P . Aelius . Lucius . 7 . leg . VII .
geminæ⁴ | v . s . l . l . m .

1) praesertim ad Rhenum nomina gentilicia a cognominibus derivata in usu sunt, quod hic fusius probare non est locus; cf. Hettner quoque, Westdeutsche Ztschr. II p. 7.

1 I(ovi) o(prim)o m(aximo) | 2 'littera S erasa'. errore quadratarius addiderat, ut infra 4: 'Festus. s' | 3 eq(uitum) sing(ularium) Aug(usti) | 4 '7 (centurio) leg(ionis) VII geminae' quae a Galba constituta inde a Vespasiano in Hispania tetendit; cf. Pfitzner gesch. d. röm. Kaiserleg. p. 245. centurio legionis in numero singularium Augusti munere exercitatoris (Marquardt V 2² p. 548) videtur functus esse, velut centuriones exercitatu. eq. sing. sunt CIL VI 228, 273, 3682. cf. A. Mueller, Philologus 41 p. 499.

Ob nomen centurionis (P. Aelius) monumentum, ut plurima Romana, aetate Hadriani vel Pii non est antiquius.

3. ibid. rep. — ibid. p. 260 n. 23 = B. C. 1063. 'parvus cippus marmoreus'; in lateribus urceus-patera.

Iovi. Iunoni | Soli. Lunae | Herculi. Minervae | Marti. Mercurio | Campestribus | Terrae. Caelo | Mari. Neptuno | Matribus. Suleis¹ | Genio. imp² | M. Ulpus. Nonius | veteranus. Aug³ | cives. Nemens⁴ | v. s. l. m

1 = 'Sulevis'; v inter vocales evanuit; si omnino opus erat, lectio Mommseni lit. 17 nunc egregie firmata est. | 2 'imp(eratoris)' ut videtur Hadriani. | 3 'veteranus Aug(usti)' est enim M. Ulpus ex singularibus Augusti; videtur militare coepisse Traiano imperante, missus esse ab Hadriano. | 4 'cives Nemens(is?)'; cum saepius in his monumentis erratum sit, putem lapidarium scribere debuisse 'Nemetens(is)'; Nemetes nota gens Germaniae superioris de qua cf. Zeuss, die Deutschen p. 220 sq.

4. ibid. — ibid. p. 258 n. 21 = B. C. 1064. 'cippus marmoreus'. in sin. latere urceus.

I o. m. Iunoni. Minervae | Marti. Victoriae. Herculi | Mercurio Felicitati | Saluti. Fatis. Campestribus | Silvano. Apollini. Deanae¹ | Eponae Matribus Suleis | et. Genio. sing. Aug | M. Ulpus. Festus. s². dec. prin³ | eq. sing. Aug | v. s. l. m

1 sic saepius pro 'Dianae' CIRh 336, 339 al., cf. 'diabus Malvisis' pro 'deabus' CIRh 362 | 2 culpa quadratarii littera S bis sculpta est. | 3 'dec(urio) prin(cips)'; sic solvendum esse docet CIL VII 888: 'Aurelius Armiger dec(urio) prin(cips)' coh. II Tungrorum ∞ equitatae; cf. 879, 80, 82. iniuria Huebner ad Henzen. Bull. dell' istit. 1850 p. 114, 181 relegat, ubi de 'principe peregrinorum' agit; ceterum munus ordoque decurionis principis, qui hic primum inter equites sing. comparuit, adhuc obscurum est; Mommsen EE IV p. 288 adn. 2 cum centurione principe, quos ll. p. 231 composuit, conferri hunc posse negavit; num recte, dubito.

Titulus est aetatis Hadriani vel Pii.

5. *ibid.* rep. — *ibid.* no. 4 = B. C. n. 1070. 'ara marmorea'.

a. 132 a. *in antica*: Iovi . optumo . maximo | Iunoni . Minervae | Marti .
Victoriae . Herculi | Fortunae . Mercurio | Felicitati . Saluti . Fatis |
Campestribus . Silvano | Apollini . Dianae . Eponae | Matribus . Sulevis .
et | Genio . sing . Aug | veterani . missi | honesta . missione | ex . eodem .
numero . ab | imp . Traiano . Hadriano . Aug . p . p¹ | C . Serio . Augu-

a. 104 b. *in latere sinistro*: Suburano . et . Marcello cos | M . Arrad³ .
Priscus Traia|nenses . Baetasius*) | M . Ulp Frequens | M . Ulp Lupus |
M . Ulp Tertius | M . Ulp Sanctus | C . Iul Aufidianus | M . Ulp Firmi-
nus | P . Ael Flavinus | P . Ael Mercator | M . Ulp Primus | M . Ulp Op-
tatus Trai|anensis . Baetasius*) | M . Ulp Verecundus | M . Ulp Das-
menus⁴ | M . Ulp Dasius⁵ | M . Ulp Singularis | C . Iul Crescens Trai-
i|anensis . Baetasius*) | M . Ulp Crescens Fl . Sir|mi*)⁶ | M . Ulp Ama-
bilis | M . Ulp Crescens | M . Ulp Clarus | M . Ulp Velox | M . Ulp Op-
tatus | P . Ael Pastus | M . Ulp Antonius | M . Ulp Fidelis | M . Ulp
Martialis | M . Ulp Mercator | M . Ulp Agrippa | M . Ulp Gallio⁷ | M .
Ulp Agilis | M . Ulp Ridanus | M . Ulp Arruntius .

a. 103 c. *in dextro latere*: Divó . Traiano . V . c//// | M . Ulp Iúlius | M .
Ulp Dolúcius | M . Ulp Cleméns | M . Ulp Marinus | Q . Oct⁸ Marcianus |
M . Ulp Ianuarius | M . Ulp Isauricus | M . Cocc⁹ Victor | M . Cocc Fla-
vos | M . Ulp Proculus | C . Iul Ingenus | M . Ulp Calventius | M . Ulp
Massa | M . Ulp Iustus | M . Ulp Cassius | M . Ulp Ursulus

1 'Aug(usto) p(atre) p(atricae)'. | 2 'l(ibentes) l(aeti) m(erito) v(ota) s(olve-
runt)'. nota insolentem verborum ordinem; regnat fere vsllm | 3 'Arra-
d(ius)' cf. CIL X 6439 'Aradius'. Baetasi gens Germaniae inferioris a Ta-
cito hist. 4. 56, 66 cum Nervis Tungrisque memorata; cohortes eorum no-
minantur CIL VII 388, 90, 91, 94, 95. 'Traianenses' vel '-is' spectat colo-
niam Traianam Germaniae inferioris, hodie Kellen prope Cliviam, vel Cliviam
ipsam; quare Baetasi inter Cugernos et Batavos habitasse putandi sunt;
ceterum Arradius rectius se 'Baetassium Traianensem' nominavisset. | 4 cf.

*) hi versus in aversa leguntur.

'Dasmus' Wilmauns 177. | 5 saepius leg. CIL III, V, ind. | 6 'Fl(avia) Sirmi'. colonia Flavia Sirmium Pannoniae inferioris, hodie Mitrovic, de qua cf. CIL III p. 418 | 7 CIL III 6480: 'Gallio Veruclonis f.', frequenter CIL V ind. | 8 'Oct(avius)' | 9 'Cocceius'.

6. *ibid.* — *ibid.* p. 241 n. 5. 'cippus marmoreus'; supra in fronte aquila.

a. *in antica*: Iovi . optimo | maximo . Iunoni | Minervae . Marti | Victoriae . Mercurio | Felicitati . Saluti | Fatis . Campestribus | Silvano . Apollini | Dianae . Eponae . Matribus | Sulevis . et . Genio | singularium . Aug*) . | veterani . missi **) . honesta | missione . ex . eodem | numero . ab | imp . Traiano . Hadriano | Aug . p . p | l . l . m . v . s | Hiberno . et . Sisenna . cos a. 133

b. *in latere dextro*: Candido . et . Quadrato ¹ | cos | M . Ulp . Li . a . 105 cinius | P . Ael . Valentinus | P . Ael . Octavius | M . Ulp . Galus | M . Ulp . Victor | M . Ulp . Primus | M . Ulp . Secundus | Ti . Cl² . Gaianus | M . Ulp . Priscus | M . Antonius . Cocceianus | Commodus et . Ceriale . cos | a. 106 M . Cocceius . Iustus | M . Ulp . Trever | L . Licinius . Salutaris | M . Ulp . Tertius | T . Fl³ . Dativos | M . Ulp . Vitalis | M . Ulp . Genialis | M . Ulp . Domitius | P . Aelius . Bassus

c. *in latere sinistro*: M . Ulp . Sim[*ilis*?] | M . Ulp . Ge[*minus*?] | P . Ael . Ge[*minus*?] | M . Ulp . Pri[*scus*] | M . Ulp . Silva[*nus*] | M . Ulp . Ingenus | P . Ael . Iustus | M . Ulp . Secundus | M . Ulp . Dasius | P . Ael . Titus | M . Ulp . Firmus | M . Ulp . Mansuetus | M . Ulp . Gratus | M . Ulp . Nonius | M . Ulp . Campanus | M . Ulp . Candidus | M . Ulp . Maximus | M . Ulp . Marcus | M . Ulp . Valerius | M . Ulp . Tullius | M . Ulp . Germanus | M . Ulp . Octavius | M . Sulpicius ***). Crescens.

1 Candidus et Quadratus ambo a. 105 iterum fasces roxerunt; Klein fasti consul. p. 55 | 2 Ti(*berius*) Cl(*audius*) | 3 T . Fl(*avius*)

*) primo scriptum erat: singularium . Aug

**) primo scriptum erat: veterani . missione

***) primo scriptum erat: M . Ulp, postea correctum M . Sulpicius, denique M . Sulpicius

7. *ibid.* — *ibid.* p. 244 n. 6. 'cippus marmorcus'.

a. *in adversa*: Iovi optimo maximo | Iunoni Minervae Marti |
Victoriae. Mercurio | Felicitati Saluti Fatis | Campestribus. Silvano |
Apollini. Dianae | Epone¹. Matribus | Sulevis. et Genio | singularum¹.
Aug | veterani. missi. honesta | missione ex eodem numero | ab imp
Traiano Hadrian | Aug. p. p. l. l. m. v. s | L. Iulio. Urso. Serviano.

a. 134 III | T. Vibio. Varo cos

b. *in latere sinistro*: M Ulpus Caristianus ex sig² | P Aelius
Bellicus³ | P Aelius Bassus | M Ulpus Primus | M Ulpus Longinus |
M Ulpus Sextus | M Ulpus Octavins | M Ulpus Rufus | M Ulpus
Crescens | M Ulpus Paternus | M. Ulpus Paternus | M Ulpus Montanus

c. *in latere dextro*: M. Ulpus. Candidus. ex. signif³ | M. Ulpus.
Valens. ex. arm. cust⁴ | T. Flavius Florentinus | P. Aelius Marius |
M. Ulpus Domitius | M. Ulpus Ianuarius | M. Ulpus Respectus | M.
Ulpus Urbicus | M. Ulpus Priscus | M. Ulpus Tertius | M. Ulpus
Restitutus | M. Ulpus Bellicus | M. Ulpus Viator | Licinio. Sura III

a. 107 cos | et. Sossio. Senecione⁵

1 Nota scripturas 'Epone' et 'singularum' | 2 'ex sig(nifero)'. cf. Cauer EE IV p. 362; singularum turmarum singuli erant signiferi. | 3 falsa volgi aspiratione pro 'Bellicus'; cf. infra tit. 9 'Ephonae' CIL VI 3684 'Olymplus' 766 'Phylades'; Brandis de aspiratione lat. (Bonnae 1881) p. 7 ss. | 4 'ex arm(orum) cust(ode)' Marquardt V 2² p. 551; composuit hos principales Cauer EE IV p. 439 | 5 consules hi CIL II 4536—38 plene sic leguntur: L. Licinius Sura III Q Sosius Senecio II. Senecio primum cos. fuit a. 99 (Klein p. 56)

8. *ibid.* — *ib.* p. 248 n. 9 = B. C. 1073. 'cippus marmoreus litteris pulchris'.

a. *in fronte*: Iovi. op[t]imo | maximo. Iunoni | Minervae Marti |
Victoriae. Herculi | Fortunae. Mercurio | Felicitati. Saluti. Fatis | Cam-
pestribus. Silvano | Apollini. Dianae. Eponae | Matribus. Sulevis. et |
Genio. sing. Aug | ceterisq. dis. immortalib | veterani. missi | honesta
missione ex eodem | numero. ab. imp. Traiano | Hadriano. Aug. p. p |

a. 137 L. Aelio. Caesare. II. et. P. Coelio. Balbino. eos | l. l. v. m. s

b. *in latere sinistro*: Missi. honesta missione | Ti. Claudius. Lu-
pio¹ | L. Valerius Festus | P. Aelius Surio sig² | T. Claudius Procu-

lus | T. Claudius Quartus | M. Ulpus Titullus tab³ | M. Ulpus Domitius op v⁴ | C. Iulius Tutor | M. Ulpus Flavos arc⁵ | M. Ulpus Valentinus sig² | M. Ulpus Capito sig | C. Iulius Firmus | M. Ulpus Verus sig | L. Attius Ingenus | C. Barbius Romulus | M. Ulpus Dasius | M. Ulpus Mucapor⁶ | T. Flavius Praesens arm⁷ | M. Ulpus Secundus | M. Ulpus Martialis

c. *in latere dextro*: [qui coeperu]nt⁸. milit. Orfito. et Priscino cos | a. 110 [missi h]onesta⁸ missione VIII | idus | Ian | . . . us Tacitus | . . . us Equester | M. U[lp]us Marcus | M. Ulpus Viator | M. Ulpus Priscus | M. Ulpus Provincialis | M. Ulpus Sace... s[ig] (sic!) | C. Iulius Victor | M. Ulpus Ingenus arm⁷ | Ti. Claudius Canio | T. Flavius Lucianus ast⁹ | M. Ulpus Dasius sig | M. Ulpus Quintus | M. Ulpus Victor arm | C. Iulius Equester sig | M. Ulpus Marcus | M. Ulpus Similis sig | M. Ulpus Licinius | M. Ulpus Saturninus | M. Ulpus Bacorus

1 Lupio est etiam CIL III 1976, 2110 V 5459, 5551 | 2 'sig(nifer)' cf. 7 adnot. 2. | 3 'tab(ularius)' Marquardt V 2² p. 550 Cauer EE IV p. 433 | 4 'op(tio) v(alitudinarius)' qui valetudinaria curabat, Marquardt p. 557; inter equites singulares adhuc talis non innotuerat; sed e coh. I urbana nominatur CIL IX 1617; cf. CIL VI 197 | 5 'ar(morum) c(ustos)' cf. 7 adn. 4. noli de 'arc(ario)' cogitare, qui servi sunt; Marquardt ll. p. 551 | 6 sic item CIL III 799 | 7 'arm(orum) c(ustos)'; custos saepius omittitur. CIL VI 225 | 8 supplementa plana suppeditat tit. 11^b. Henzenus minus recte 'qui' omittit | 9 '(h)ast(iarius)' ut perscriptus legitur CIL VI 3226; quod numus quale fuerit ignoro, nisi quod nomine indicatur hastilia equitum sub cura eius fuisse; idem videtur esse CIL VIII 2562; 'hast'; Wilmanns 'hast(atu)s' iam a Mommseno EE IV p. 238/9 adn. 3 refutatus.

9. *ibid.* — *ibid.* p. 249 n. 10 = B. C. 1074. 'parvus cippus marmoreus'.

a. *in adversa*: I. o. m. Iunoni. Minervae | Marti. Victoriac. Herculi | Fortunae Mercurio Felicitati | Fatis. Saluti. Campestribus | Silvano. Apollini*). Dianae | Ephonae¹ Matribus. Sulevis | et Genio. singularium. Augusti | ceterisque. dis. immortalibus | veterani missi. honesta missione | ex eodem numero. ab. imp | Traiano Hadriano. Aug. p. p | Camerino. et. Nigro. cos | VIII. idus. Ianuarias. qui. mi- a. 138 li | tare. coeperunt. Pisoni. et. Bolano. cos | I. I. m. v. s a. 111

*) 'Apollini' corr. ex 'Apolline'.

b. *in latere sinistro*: M. Decimius . Proculus . ex . dupl² . Fl . Sirmi | T. Flavius . Martialis . ex . dupl . Ul . Oesci³ | P. Aelius . Candidus . ex . signif . Fl . Sirmi | M. Ulpius . Pudens . ex armor cust . Fl . Sirmi | M . Ulpius . Quintus . Fl . Sirmi | T. Aelius . Naso . Ul Oesci

1 = 'Eponae' cf. 7 adn. 3 | 2 'ex dupl(ario)' merebant duplum stipendium; Marqu. V 2 p. 544; de Flavia Sirmi iam dictum est 5 adn. 6 | 3 'Ul(pia) Oesci' colonia Ulpia Oescus in Moesia inferiore ad Danuvium sita; CIL III p. 141.

10. *ibid.* — *ibid.* p. 252 n. 12 = B. C. 1075. 'cippus marmoreus'.

I . o . m . Iunoni . Minervae | Marti . Victoriae . Herculi | Fortunae . Mercurio . Felicitati . Fatis | Saluti . Campestribus . Silvano . Apollini | Dianae . Eponae . Matribus . Sulevis . et | Genio singularium . Aug . ceterisq . dis | immortalibus . veterani . missi . honesta | missione . ex . eodem numero . ab | imp . Tito . Aelio . Antonino . Aug . Pio . p . p | Tito .
a. 140 Aelio . Antonino . et . Aurelio | Caesare . cos | qui . militare . coeperunt .
a. 115 Vergiliano | et . Messalla . cos . Celsinius . Ingenus . sing¹ | Ulpius Repentinus . hastil² . Iulius Clemen³ | voto⁴ solverunt . animo libenti

1 'sing(ularis)' quo verbo apparet Celsinium non equitem sing., sed principalem designari, ut Ulpium Repentinum hastil., qui sequitur; eodem modo CIL VI 3280 'Vettius Martinus sing(ularis)'; idem visum est, qui singulares conlegit, Cauero EE IV p. 404. non addit Ingenus cuius singularis fuerit, consularis an praefecti | 2 hastil(iarius) cf. 8 adn. 9 | 3 Clemen(s vel tinus) | 4 voto pro 'votum' soloecce aut barbare

11. *ibid.* — *ibid.* p. 252, 13 = B. C. 1076. 'ara marmorea'.

a. *in fronte*: Iovi . optimo | maximo . Iunoni | Minervae . Marti | Victoriae . Herculi | Fortunae . Mercurio | Felicitati . Saluti . Fatis | Campestribus . Silvano | Apollini . Dianae . Eponae | Matribus . Sulevis . et | Genio . sing . Aug . | ceterisq . dis . immortalib | veterani . missi | honesta . missione . ex . eodem | numero . ab . imp . Hadriano | Antonino . Aug .
a. 141 P . p . p¹ . | Priscino . et . Stloga . cos² | l . l . m . v . s

b. *in latere sinistro*: qui . coeperunt . mil . L Lamia . Aeli | Sex .
a. 116 Carmi . Vetere . cos³ | missi . honesta . mission . no . Ian⁴ | P . Aelius . Angurinus | M . Ulp Brutus . sig | P . Ael Respectus | P . Ael Lucius .

arm | L. Petron Gratus | P. Ael Sextus | P. Ael Servandus . tub⁵ |
T. Fl Verax . sig | M. Ant Niger v⁶ | P. Ael Nigrinus | P. Ael Firmi-
nus | P. Ael Messor | M. Ulp Valerius . ast | P. Ael Celsus arm | P.
Ael Marcus sig | P. Ael Vivenus | P. Ael Lucanus | M. Ul[p] Campa-
nus sig

c. *in latere dextro*: Missi . honesta . missione | P. Ael Placidus |
P. Ael Munatius . sig | C. Iulius Ianarius (*sic!*) | P. Ael Vangio⁷ . sig |
P. Ael Felix . sig | P. Ael Brigo¹⁰ . arm | T. Fl Crescens | C. Iul Bas-
sus | P. Ael Valentinus | P. Ael Latinus . sig | P. Ael Nigrinus . arm |
P. Ael Ingenus vic⁸ | P. Ael Iunius | P. Ael Praesens eq⁹ | M. Ulp
Equester | P. Ael Servaeus . arm | P. Ael Calventius | P. Ael Super

1 'P(io) p(atre) p(atriciae)'; ordo nominum imperatoris iustus est; neque
vero solet Pius compendio scribi | 2 ex multis testimoniis (Klein, fasti p. 68)
anni p. C. 141 consules noti erant T. Hocnius Severus et M. Peducaeus
Stloga Priscinus; errore lapidarii puto hic legitur 'Priscino et Stloga', cum
scribere vellet 'Severo et Priscino Stloga'. | 3 L. Lamia Aeli(*amus*) Sex.
Carmi(*nus*) [nomen hoc frequens CIL III ind.] Vetus fasces gesserunt anno
116. praenomen et nomen gentil. alterius adhuc ignota erant. (Klein, fasti
p. 58) | 4 'no(*nis*) Ian(*uariis*)' | 5 'tub(*icen*)' Cauer EE IV p. 378; CIL VI 8176
'tubicem' (*sic*) | 6 'M. Ant(*onius*) Niger v[ic](*timarius*)' cf. adn. 8 | 7 alias
hoc cognomen non inveni; P. Aelius e gente Germanica Vangionum oriun-
dus videtur esse, quorum caput erat Borbetomagus (Worms); Zeuss, d. Deut-
schen p. 219 | 8 'vic(*timarius*)'; principales qui sacrificiis aderant; Marqu.
V 2³ p. 552. inter vigiles iam comparuerunt CIL VI 1 1057, 1058. | 9 'eq(*ues*)' |
10 'Brigo' cf. Brigovix CIL V 4710 Brigio CIRh 939

12*). Romae rep. — CIL VI 1, 768. supra tres sedentes feminae, tunicam et pal-
lam de capite defluentem indutae, crinitae, omnes dextra manu nescioquid
(patellam?) porrigentes, in sinu flores tenentes, duae exteriores manu sin-
istra spicas 'gerentes. infra sacrificium: media stat ara flagrans, sero
vineta; in flammis cernitur pinea. a dextra parte vir m. d. porcum taenia
ornatum adducens, m. s. calathum fructuum levans; a sin. parte duo viri
suocincti, prior cum baculo (vite? centurio dedicans?) et vitta a sin. umero
pendente, ex patella in aram libans, posterior cum urceo et cultro.

depictum est monumentum in Graevii Thes. IV p. 1733/34.

Sulevis . et . Campestribus . sacrum | L . Aurelius . Quintus . 7 leg .

*) Non adscripti fragmentum ibidem repertum, annali ll. p. 257 no. 16,
quamquam veri simile est ipsum quoque huc spectasse: I. o. m. Iunon[*i* *miner-*
vae | Marti. H[*erculi* *cat.*

d. XXIV. VII . geminae¹ | votum . solvit . laetus . libens | dedicavit . VIII . k . Sep-
mens. Aug.
a. 160 tembre . Bradua . et . Varo cos

1 de legione dictumst ad tit. 2. cum omnia Romana monumenta Sulevis sacra — exc. 12 et 13 — ab equitibus sing. facta sint, hunc quoque centurionem ut Lucium tit. 2, exercitorem eorum fuisse puto.

13. ibid. rep. nunc in mus. Vatic. — CIL VI 767.

Sulevis . sacr | L . Aureli . Pri|mus . et Mar|cellus . dupl¹ . | et .
Fl² . Festus | fratres | v . s . l . m

1 'dupl(arius) s. dupl(iciarius)' vide 9 adnot. 2. | 2 'Fl(avius)'. hi quoque fratres in numero equitum sing. meruisse videntur; fortasse ob nomina 'L. Aureli' eiusdem fere aetatis atque praecedens sunt.

14. Dacia. Karlsburgi. — CIL III 1156.

Sule | Fl¹ . Atta|lus . votum | l . s²

Huebner et Mommseno (addend. p. 1015), qui ad deam Sulem tit. retulerunt, nequeo adstipulari; quae adhuc eius monumenta innotuerunt (cf. p. 16, 17), omnia 'deam' addunt. obstat 'Sule' quoque scriptura.

1 'Fl(avius)'; nomen compendio scriptum et praenomen omissum sequiorum aetatem redolent. | 2 'l(ibens) s(alvit)'.
1

15. ibid. incerto loco. — CIL III 1601. exigua tabula quae duas icones exhibet, altera sedendo sculpere videtur, altera inclinato stat corpore.

Sul mont¹ T . | Iulius Lapid² | v . l . p³

1 'Sul(evis) mont(anis)' | 2 'Lapid(arius?)' | 3 v(oto vel um) l(ibens) p(osuit).
1

16. Raetia. Nassenfels. — CIL III 5900.

Sulevis | sac | Iul . Pater|na . pater | p . s . et . s . | v . s . l . l . m

'Iul(ius) Paterna . . p(ro) s(e) et s(uis)'; nam 'pater' clare ostendit 'Paternam' cognomen fuisse dedicanti sive latinum sive peregrinum.

17. Helvetia. Bois de Vaux près de Vidy. nunc in mus. Lausann. — Momms. Inser. Helv. 134.

Banira . et . Doninda . [et]¹ | Daedalus . et . Tato . Icari . fil|i . Sulcis²
suis qui curam . | vestra agunt idem | Cappo Icari I³

1 'I potest fuisse ET' Mo. | 2 'Sulfis' priores. | 3 'fuerit L. potius quam quod priores habent F'. est igitur '(i)bertus' | titulus, qui certe labentis aetatis est, scatet vitiiis vulgaribus: 'qui' pro feminino; 'vestra(m)' pro 'nostram' vel 'eorum'. hoc scriptum videtur ex persona servi quasi conlocuti cum erilibus filiis. 'iden' pro 'item'. nota Icarum tres filios indigenis, quartum graeco nomine appellasse.

18. Gallia. Nemausi. — Orelli 2051.

Suliviae | Idennicae | Minervae | votum

simplex 'votum' ut CIL VII 502a. alibi.

'Idennicae' certe nomen topicum est; cf. Matres Eburnicae, Namausicae, Ucellasicae. ex Bulletin. épigraph. 1885 p. 198 video E. Germer-Durand e regione finitima comparasse 'hameau d'Eyssène au midi d'Uzès' ad fluvium eiusdem nominis.

19. ibid. Velleron, dép. Vaucluse, prope Avenionem. Revue épigraph. I p. 126.

Sulivis | Tiirtius | . . . monis | [v . s .] l . m

'Sulevis Tertius'; Héron de Villefosse l. ad tit. 20 l. p. 439: '(Mom)monis'. quadrant item 'Simmonis' sim; deest 'filius' quod in nominatione peregrina saepe omitti notum est; Momms. inser. Helv. p. 131 indicis. CIL III p. 1196 ind.

20. ibid. Marquise prope Calais. — Villefosse in académ. d. inscript., comptes rendus 1884 p. 344.

Sulevis. Iuno | nibus . sacr | L. Cas. Nigri | n[us...pro] | se [et suis. l. m

Supplementa sunt Villefossii, nisi quod ego in fine huius 'p(onendum) c(u-ravit)' mutavi in usitatius illud '(i)bens) m(erito)'. L. Cas(sius) Nigrinus certe diversus est a L. Cassio Vervici f. Nigrino, qui CIL V 3281, 3295 Veronae Parcis et Silvano votum solvit.

21. Germania inferior. prope Antunnacum (Andernach). perisse videtur. CIRh 673

Suleviabus | G. Paccius | Pastor | vet. leg | XXII p . p f . d¹ |

v . s . l . m

1 'vet(eranus) leg(ionis) XXII p(rimigeniae) p(iae) f(i)d(elis)'. quae diutissime Mogontiaci in castris fuit; sub Hadriano cognomen piac fidelis accepisse videtur (Pfitzner p. 10). certe iis ornata comparuit CIL V 877 a. 124.

Compendium 'f(i)d(elis)' quod a Romano more abhorret, est in Matrnum quoque monum. Antunnacensi nunc Bonnae adservato, CIRh 684 = Hettneri catal. 61.

22. ibid. Coloniae rep. nunc in museo Colon. — Bonn. Jahrb. 47 p. 119.

. . . ? | Sulevis | s l . m . p

's(aerum) l(i)bens) m(erito) p(osuit)'. ab initio non 'Matribus' vel tale quid deest, sed nomen dedicantis.

23. Britannia. Aquis Sulis (Bath); nunc in museo. — CIL VII 37; 'ara litteris saeculi secundi'.

Sulevis | Sulinus | scultor | Bruceti . f . | sacrum . f . l . m¹

'Sulinus Bruceti filius scul(p)tor (non enim cogitandum de cognomine Scultoris) a dea Suli nomen videtur accepisse; cf. VII 43: Sulinus Maturi f'. Huebn. I f(ecit) l(ibens) m(erito)

Incerta.

24. Genavae rep. — Anzeiger f. Schweiz. Alterth. 1872 p. 451.

— leis . L . Sul | senec . Tire|upitus . a | v . s

initio suppleam '[Sw]leis'. reliqua mihi obscura.

25. Britannia. Vinoviae rep. periit. CIL VII 1344b.

Sulpuic | Vett | Cann | u s l m

'Sul[e]vi[s] Vett(ius) Cann . . . , ut probabiliter emendavit Bruce'. Huebn. patet titulum prave traditum parvi esse, quamquam mihi quoque Brucii restitutio non displicet.

Appendix I.

1. Britannia. Aquis Sulis (Bath). nunc in museo. CIL VII 39.

C . Protaciu[s] Libo Ti C]laudius . Ligur [sacer(dotes) restituto e]olegio . longa . seria [annorum abolito aedem] | Deac . Sulis M[inerv]ae . nimia . vetust[ate conlapsam s(ua) pec]unia . refici . et . repingi . cur[a-runt idemque probarunt]

Supplementa sunt Huebneri, ut ipse fatetur ex parte incerta. 'Observa „colegio“ et „seria“ formas, quarum haec nondum videtur observata esse inter permulta eius generis exempla, illa redit CIL VII 49'.

2. ibid. rep. nunc in museo. — CIL VII 40a.

Deae Suli | pro . salute . et | incolumita|te . Mar¹ . Aufid[i] | Maximi .

7 . leg | VI . vic² | Aufidius . Eutuches . lib . | v . s . l . m

1 Mar(ci) | 2 c(enturio) leg(ionis) VI vic(tricis); quae cum a. p. C. 120 in Britanniam e Germania transierit (Pitzner p. 240), titulus hoc anno posterior est.

3. ibid. rep. ibid. — CIL VII 41.

Deae Suli | pro . salute . et | incolumitate | Aufidi . Maximi | 7 . leg .

VI . vic . M . | Aufidius . L[e]mnus | libertus . v . s . l . m

idem centurio qui in antecedente titulo, alius eius libertus.

4. *ibid. rep. ibid.* — CIL VII 42.

Deae. Su|li. Min. et. nu|min. Augg¹. C. | Curiatius | Saturninus |

7. leg. II. Aug² | pro se su|isque | v. s. l. m

1 'Min(eruae) et numin(ibus) Augg(ustorum)' | 2 legio II Augusta iam a. 43 in Britanniam transgressa est (Pfitzner p. 223); ceterum titulus ob 'Augg' formam non ante M. Aureli et L. Veri tempora factus.

5. *ibid. rep.* — CIL VII 43.

Deae | Suli Mi|nervae | Sulinus | Matu|ri. fil | v. s. l. m

cf. Sulinus Bruceti f. supra I 23.

6. *ibid. rep.* — CIL VII 44.

Deae S¹...? | Ti. Cl. T...? | sollen...? | tii...?

1 Deae S^uli...? | 2 in fine utrum T an I legendum esset, Huebner non liquebat.

7. *ibid. rep.* — CIL VII 53.

D. M¹ | C. Calpurnius | Receptus sacer|dos Deae Su|lis. vix |
an. LXXV² | Calpurnia Trifo|sa. [lib]³ et coniunx | f. c⁴

1 D(is) M(anibus) | 2 vix(it) an(nos) LXXV | 3 in lapide est IR, fuisse videtur 'lib' | 4 f(acendum) c(uravit)

8. Hassia Rhenana. Alzei; nunc in mus. Mogontiæ. Becker. Katalog. 84 = Bonn. Jahrb. 53 p. 142.

Dea¹. Suli | Attonius | Lucanus² | ...?

1 'dea' dativus barbarus saepius in titulis scriptus. CIL VII 36: Nemetona | 2 Attonius Quintianus est CIL VII 420.

9. Panticapæi in Chersoneso Taur. rep. — Compte rendu de la commiss. archéol. 1860 p. 106.

Τιβέριος Ἰούλιος βασιλεὺς | Ῥοιμητάκης¹ φιλόκαισαρ καὶ φιλο-
ρῶμαιος εὐσεβῆς τὰς ὑπὸ Λητοδώρου ἀνατεθείσας γέας² | ἐν Θιαν-
νέοις³ καὶ τοὺς πελάτας⁴ | κατὰ τὸν παρακείμενον τελαμῶνα⁵ χρόνῳ
μειωθέντα συναθροί|σας ἅπαντα καὶ πλεονάσας ἀπε|κατέστησε τῇ θεῷ
Σῶλ δι' ἐπι|μελείας Ἀλεξάνδρου Μυρείνου | τοῦ ἐπὶ τῶν ἱερῶν⁶ ἡμῶν,
μηνὶ | Ἀπελλαίῳ κ⁷

1 Tiberius Iulius Rhoemetalces (CIGr 2108 f.) secundum nummos regnavit per annos 132—154 | 2 γέας = γὰς; Stephani qui tit. edidit, confert

Anth. Pal. IX 430, 8: ἄλλα γὰρ ἄλλοῖα πάντα φέρουσι γέαι. | 3 praedia sita in finibus Thianneorum; qui ad Pontum Euxinum in regione Trapezuntica habitabant. Arrian. peripl. p. Eux. VII 1: (ὁ Ὀφρις π.) ὀρίζει τὴν Κόλχων χώραν ἀπὸ τῆς Θιαννικῆς; postea Σάννοι dieti. Strabon. XII c. 3, 18 (p. 548): τῆς δὲ Τραπεζοῦντος ὑπέρκεινται καὶ τῆς Φαρνακίας Τιβαρανοὶ τε καὶ Χαλδαῖοι καὶ Σάννοι. | 4 πελάται inquilini clientes 'μισθῶ δουλεύοντες' (Pesyeh.) | 5 τελαμῶν est cippus quadrangulus (CIGr 2053^b τελαμῶνα λευκοῦ λίθου) continens agrorum mercenariorum descriptionem | 6 'curam agente' vel 'instante ... praefecto sacrorum, sacerdote'. | 7 monumentum factum est mense Novembri ('Ἀπελλαῖω CIGr 2108 f. adnot.) anni aerae Bosphoranae 448 = p. C. 152.

10. Gallia. Bourges in civit. Bituricensi. Orelli 2050.

Solimarae | sacrum | aedem cum suis | ornamentis | Firmana C.

Obrici f. mater d. s. d.¹

1 'd(e) s(uo) d(at)' | 'Soli-mara' est 'magna Sol'; cf. Soli-marus, Indutio-marus et C. Zeussii gramm. celtic. p. 16 adn. 2. in fine Biturigum non procul ab ostio Ligeris alteram urbem 'Sulim' exhibet tabula Peutingerana. cf. Desjardins, géogr. de la Gaule d'après la table de Peutling. p. 196.

Appendix II.

1. Pannonia superior. Topolowitz, hora dimidia a Siscia trans Savum rep., quo rusticus quidam narravit adlatam esse ex loco q. d. Budaševo. — Eph. epigr. IV p. 139 n. 474.

traditur	fuit fere
SILIA	SILVA
N · · IS	NIS
M · I · L · NC	M · FL ¹ · IVC
N · S · L · M	V · S · L · M

1 M. Fl(avius) Iuc(undus)

2. ibid. Carnunti (Petronell.) rep. CIL III 4441. In lateribus: genius c. palma; genius c. caduceo.

Silvanab . et . | Quadribis . Aug¹. sacrum . | C . Antonius . Valentinus | vet . leg . XIII . g². murum . a . fu | ndamentis . cum . suo . int | roito . et . porticum . cum | accubito³. vetustate . coula | bsum . impendio . suo .

a. 211 restitui | t . Gentiano . et . Basso . eos

1 'Silvanab(us) et Quadribis Aug(ustis)' | 2 'vet(eranus) leg(ionis) XIII g(eminae)' | 3 restituit igitur veteranus murum, quo totus templi locus cir-

cumsaepus erat et 'porticum cum accubito' h. e. cum sedilibus quae commoditati commeanium fuisse videntur; monuit Buecheler gloss. Paris. Hildebr. 3, 22: 'accubitus tigrina' eorumque quae schol. Inv. 5, 17 adnotavit: 'apud veteres accubitorum usus non erat sed in lectulis discumbentes manducabant'. plura subministrant Du Cangii copiae. ad formam 'introito' ablativi cf. ex viso, ex visu. CIL III 2119: 'introito libero'.

3. *ibid.* Deutsch-Altenburg inter Carnuntum et Vindobonam; nunc Vindobonae est. CIL III 4442.

Silvanis | Silvestrib]us. sacrum | M. Aurelius | Cupitianus | v. s. l. m
Etiam Silvanus Silvester in illis regionibus magno honore adfectus est.

4. Pannonia inferior. in villa Teten (Camponae). CIL III 3393. supra sunt tres Nymphae insculptae.

Silvana[*bu*]s. Augg | Aur Lipor¹ vet | alae [et] Aur Vales | mil.
le[g]. II. adi. p. [f] | Severianae² et³. eius | et. Aur. S[eu]era. filia

Supplementa sunt Mommseni in universum mihi probata, nisi quod nolim credere Aurelium se tam nude 'veteranum alae' dicere; supplenda est ala quae tertio saeculo incip. in illa regione tendebat, I Thracis (III 3388, 3394). omnino 'et' proponam 'alae I Thr.'

1 num 'Lepor(us)' ut CIL VIII 6473? | 2 legio II adiutrix pia fidelis Aquinci (Pannon. inf.) in castris erat; ob cognomen 'Severianae' inscriptio aetati Alexandri Severi adtribuenda est. | 3 Mommsenus post 'et' putat excidisse nomen uxoris; veri similis est 'et eius' falso tradi pro 'filius'; sequitur 'filia'.

5. *ibid.* Aquinci rep. Arch. epigraph. Mittheilungen aus Oesterreich VII p. 87.

Bonae Deae¹ | et Panthaeo² | Diane Silvan|[a]bus | G Iul Va-
lens | praep leg II adi³ | ex voto

1 Bona Dea est numen muliebris fecunditatis, quae matrona sedens cornu copiae ornata fingitur Bull. comm. arch. 1879 tav. XXIII | 2 De deo Pantheo cf. Preller-Jordan mythol. Rom. ³ II p. 372 | 3 'praep(ositus) leg(ionis) II adi(utricis)', quae a Vespasiano constituta est. ceterum tituli Aquincenses omnes Hadriani aetate non antiquiores sunt (Mommsen CIL III p. 439 praef.).

'Praepositus', si omnino recte legitur — nam Hampel quidam ad tit. citatus legit 'Praef' — non videtur diversus esse a 'praefecto legionis', de cuius munere et ordine adeas Wilmanski comment. EE I p. 95 sqq.

6. *ibid.* — *ibid.* rep. — Arch. epigr. Mittheil. VII p. 86. — supra tres feminae stolatae stantes, s. ramum, d. flores tenentes; quartus stat Silvanus 'dendrophorus' pileo phrygio ornatus, d. cultrum, s. ramum gerens. ad pedes eius iacet canis adspiciens.

Sil¹. et Silva | nis . Safla² | Secundina | v . s . l . m

1 Sil(vano) | 2 nolim seiungere 'sa(crum) Fla(via)', quamquam alterum nominis Saflae exemplum mihi non praesto est.

7. Veronae in museo philharmonico: dudum desideratur. CIL V 3303.

[Sil]vanab | Flavia | Donata . v . s | l . m

II.

Campestres.

1. Numidia. Lambacsi. CIL VIII 10760.

Diis Cam | i

'titulus Diis campestribus destinatus non videtur perscriptus esse'.

2. ibid. ibid. CIL VIII 2635.

Marti | Aug | et . dis . Cam | pestribus | L . Aure[l . Ma]xim[us]

3. Romae rep. in via Tasso. Annali 1885 p. 280 n. 29 = Bullet. arch. comm. 1885 p. 138, 1056. parva ara marmorea. supra animal quoddam caput arietis pedibus tenens. in lateribus d. urceus, s. patera.

Campestribus | M. Ulpius | Vegetus . dec . f | ex . singularib . Aug¹ | voto . posuit . laetus | libens . merito . pro | se . et . suis

1 'dec(urio) f(actus) ex singularib(us) Aug(usti)'. quod cur addat Vegetus. non satis liquet. Henzen, annali II. p. 280, inde conligit decuriones eqq. sing. secundum morem non ex hoc ipso numero, sed ex alis auxiliaribus adlectos esse, cuius rei exemplar est 'Iulius Faustus dec(urio) n(umeri) eqq. sing. ex ala prima Darda. prov. Moesiae inf.' (apud eundem p. 273 n. 26). adstipularer si scriberetur 'dec. f. ex singulari'.

Titulus Hadriani temporibus tribuendus.

- 4—14. ibid. rep. = I 2—12.

15. ibid. rep. Bull. comm. 1057.

... non¹ . . | Campestribus | et . ceteris | dis . deabusque | et . Genio imp Traiani | Hadriani . Aug | item . que . suo | cives Thraeces | eq . sing . ipsius² | posuerunt | libentes . merito

1 e. gr. suppleam: 'Iovi . o . m . Iu]no[ni]' vix plura desunt. | 2 imperatoris Hadriani. subest aliquid eius notionis, qua 'ipse ipsa' dominum dominamque significat (cf. Catulli 3, 7 cum adnot. Rieseii).

16. *ibid.* rep. *Annali* p. 259 n. 22 = B. C. 1069.

a. *in adversa*: *urceus bucranium patera*. Voto . suscepto . sacr . | Iovi . optimo . max . Soli | divino . Marti . Mercur | Herculi . Apollin Silvan | et . dis . omnibus . et . Genio . | imp . Hadriani . Aug . et | Genio . singularium | M . Ulpius . Tertius . cives | Tribocus . Cl . ara¹ . missus | honest . mission . ex . numer | eq . sing . Aug . VIII . id . Ianuar | Aspre-

d. VI mens.
Jan. a. 128

in lat. dextro figura Iovis, in sinistro Martis.

b. *in aversa*: Voto . suscepto . sacr . | Iun . Victoriae . Fortun | Felicitati . Minervae | Campestris . Fatis . Salut | et . omnibus . deabus . et | Genio . imp . Hadriani | Aug et Genio singular | M . Ulpius . Tertius . cives | Tribocus Cl . ara² . missus | honest mission ex nume|ro . eq . sing . Aug . VIII . id . Ian | Aspremate . II . et . Libone cos | votum . solvit . libens . mer

d. VI mens.
Jan. a. 128

1 originis significatio satis mira est; oriundus *) igitur Tertius ex civitate Tribocorum, quae gens Germanica inter Vangiones et Nemetes habitabat; domum politicam, ut ita dicam, nominat coloniam Cl(*audiam*) Aram Agripinensem, unde ortos iam quattuor eqq. sing. composuit Mommsen EE V p. 293; id prorsus contrarium est iis quae Mommsenus scripserat Hermae vol. 19 p. 38: 'nirgends wo beides genannt wird, erscheint eine Discrepanz zwischen natio und domus, sondern die letztere liegt immer im Kreise der erstern'. idem *Westdeutsche Ztschr. Corresp.*-Bl. 1886 p. 126 deductum veteranum comparat, qui pristinam et novam patriam nuncupet: 'domo Volinia Philippi Macedonia, deductus ab divo Augusto Vespasiano Quirina Reate'. sic Triboco misso civitatem in colonia Cl. ara donatam esse.

17. *ibid.* rep. *Annali* p. 245 n. 7 = B. C. 1071. 'parvus cippus marmoreus'.

a. *in fronte*: I . o . m . Iunoni | Minervae . Marti | Victoriae . Mercurio | Felicitati . Saluti . Fatis | Campestribus . Silvano . Apolli | Dianae . Eponae . et . Genio | singularium . Aug . veter | missi . honesta . missione | ex . eodem . numero . ab . imp | Hadriano . Aug | p . p . l . l . m . v . s | Pon-

a. 135

a. 108

b. *in latere sinistro*: M . Ulp . Valerius | M . Ulp . Dexter | M . Ulp . Victor | M . Ulp . Alpicus . ex . tab li¹ | M . Ulp . Saturninus | M . Ulp .

*) cives enim id vult quod rectius dicitur 'natione', cf. Hermae 19 p. 35.

Titus . ex . asti² | M . Ulp . Dexter . ex . arm³ | item ex causa⁴ | P . Ael . Valens | T . Flavius . Bizens⁵

c. *in latere dextro*: M . Ulp . Aprilis . ex . astil | M . Ulp . Victor . ex . libra⁶ | P . Ael . Restitutus | M . Ulp . Niger . ex . asti | M . Ulp . Firmus . ex . signif | P . Ael . Anto(n)inus | M . Ulp . Emeritus . ex . signif | P . Ael . An///nius | M . Ulp . Ingenus . ex . signif .

1 Henzenus annali p. 286 proponit dubius: tab(ulario) li(brario) | 2 ex (h)asti(liario). | 3 ex arm(orum custode) | 4 Ili igitur 'causaria missione' (Marquardt V 2 p. 384) ob malam valetudinem vel simile quid missi sunt. 5 cf. Bizegonus CIL V 1045. | 6 ex libra(rio). quos Vegetius II 7 ab eo dictos esse narrat, quod in libros referrent rationes ad milites pertinentes. Cauer EE IV p. 425.

18. *ibid.* rep. Annali p. 246, 8 = B. C. 1073.

a. *in fronte*: I . o . m . Iunoni | Miner . Marti . Victori¹ | Mercur . Felicit . Saluti | Fatis . Campestri . Silvano | Apollini . Dianae . Eponae . et | Genio . singularium . Aug . vete|rani . missi . honesta . mission | ex . eodem . numero . ab . imp | Traiano . Hadriano . Aug . p . p . | l . l . m . v . s | a. 136 L . Caenionio Commodo | Sex . Civica Pompeiano | cos | qui . mil . coe . a . 109 perunt | Palma² . et . Tullo . cos

b. *in latere sinistro*: M . Ulp . Secundus . ex . arm | M . Ulp . Successus | T . Flav . Cresces³ | T . Flav . Apuleius . ex . sign | P . Aeli . Maximus | M . Ulp . Pudens . ex . sign | C . Vale . Longus | M . Ulp . Masnetus³ . ex . sign | M . Ulp . Claudius

c. *in latere dextro*: M . Ulp . Saturnin . Raetus | P . Ael . Tutor | M . Ulp . Annius | M . Ulp . Marcus | M . Ulp . Valens . ex . tab li f⁴ | M . Ulp . Bassus | P . Ael . Romanus | M . Ulp . Macedo . ex . astil | M . Ulp . Pius

1 'Victori(ae)' ut mox 'Campestri(bus)'. | 2 A. Cornelius Palma a. p. C. 109 iterum consul fuit (Klein fasti p. 57) primum a. 99. deest hic nota II. | 3 'Cresce(n)s' ut infra 'Ma(n)suctus'. | 4 Henzen annali p. 286 proposuit: 'ex tab(ulario) li(brario) f(isci)', curatorem fisci comparans, qui principalis invenitur in cohortibus praetoriis et urbanis. Cauer EE IV p. 434 sqq.

19. Dacia. Sarmizegetusae. Arch. epigr. Mittheil. VI p. 101.

Eponab¹ et | Campestrib | sacri | M Calventius | Viator 7 leg IIII f f | exere . eq . sing² | C . Avidi . Nigrini | leg . Aug . pr . pr³ | v . s . l . m

1 'Eponabus', licet pluralis numeri aliud exemplum nondum adsit, recte tamen positus est ad exemplum Fortunae Fortuniarum al. | 2 'c(enturio) leg(ionis) III Flaviae) f(dicis) exero(itor) eq(uitum) sing(ularium)'. cf. I 2 adnot. 4. | 3 C. Avidius Nigrinus leg(atus) Aug(usti) pr(o) pr(aetore) memoratur CIL III 567 iudex controversiae quae de finibus inter Delphos et Anticyrenses orta erat; eam Mommsen CIL III p. 107 conicit imperante Traiano iudicatum esse. fortasse Domitiani ad eundem virum epistolae mentio fit in Plin. epp. 65, 66 (Momms. ind. Plin. p. 403). ceterum titulus noster haud parvi momenti est; nam cum legio IV a Vespasiano demum constituta sit, coniectura Mommseni qua ll. decreta illa 'non primis Claudii annis' lata esse putavit, firmatur.

20. Pannonia inferior. loco inc., sed veri simile est Aquinci rep. esse (CIL III p. 461 praef.). CIL III 3667.

C|ampestr|ibus | Ael. Vales et | Ponti. Sabin//|... uş. tr. şt¹...?

1 quale fuerit, incertum; formula votiva non videtur latere. Aelii Valentes CIL III 2861, 1629, 6 huc non referendi.

21. Pannonia superior. Carnunti rep. Arch. epigr. Mitth. II 186.

Campestr[ibus] | quondam p... | i..... | 7 | n. r. i

22. Raetia. Pfoering. CIL III 5910.

Campestr et | Eponae ala I | sing [.p. f] c R [cui. p. est] | Ael Bassianus | praef¹ v s l [l] m

1 'sing(ularium) p(ia) fi(delis) c(ivium) R(omanorum) cui p(rae)est Ael(ius) Bassianus praef(ectus)'; traditur vs. 3: 'sing hp c r qi et'. medelam docuit titulus prope Pfoering a. 1843 repertus CIL III 5912, quem imperator Antonino Pio a. 141 fecit 'ala I singular. p. f. c. R'. antea 'scribere solebant THR, id quod recte reiecit Henzen Annali 22 (1850) p. 7'. ad aetatem nostri tituli circumscribendam praeter illum 5912 anni 141 affero, etiam a. 108 alam in Raetia fuisse (CIL III d. XXIV).

23. Germania superior. prope Beningeu rep. nunc Stuttgartard. in antiquário CIRh 1596.

Campestribus | sacrum | P. Quintius . L. fil | Quir¹. T. erminus² | domo . Sicca | Veneria³. trib | coh XXIII vol. c. R⁴ |

1 Quir(ina) | 2 non opus Brambachii conamine, qui '[Ff]rminus' proposuit. cf. 'Terminalis' Wilmanns 2858. | 3 Sicca Veneria tribu Quiriua nota Numidiae urbs, hodie Keff; CIL VIII p. 197. | 4 'trib(unus) coh(ortis) XXIII vol(untariorum) c(ivium) R(omanorum)'. de his Italicis cohortibus, quae numerantur 32, cf. Marquardt V 2² p. 467. quartam et vigesimam in Germania sup. tetendisse docent Brambach. 1393, 1568, 70. 1700; nulla autem, quod videam, certae ac definitae aetatis.

24. *ibid.* Guckulimor; nunc Stuttgartiae. CIRh 1585.

Campestris | ex voto | C Sanctinius | Gai fil Quir¹ | Aeternius² pp³

1 'Quir(ina)' tribu. | 2 Haug Bonn. Jahrb. 56/57 p. 158 'wahrscheinlich Aeternus, nicht -nius', quod sane accurato et bonae aetatis mori, qualem nominum ordo redolet, magis convenit. | 3 idem ll. 'statt pp lässt sich auch pr lesen, und es können am Ende der Zeile noch 1—2 Buchstaben gestanden haben, wodurch die Lesung p(rimi) p(ilaris) unsicher wird'. displicetque legio non addita. censeo ergo 'p(osuit)'.

25. Britannia. Conderci (Benwell) ad vallum Hadriani. nunc Ponte Aelio. CIL VII 510.

Matr tribus Campe...¹ | et. Genio alae. pri. Hispano|rum Asturum S//////// | //////////² Gordianae³. T. | Agrippa prae⁴. templum a solo | [res]tituit.

1 est: Matr(ibus) tribus Campe[stribus] | 2 '[Severianae Alexandrianae?]' Huebner. recte puto: nomina eiusdem imperatoris saepius in titulis crasa sunt. CIL VII ind. p. 233 | 3 'Gordianae' videtur in litura repositum esse. | 4 'T(erentius) Agrippa praefectus'. Ala I Hispan. Astur. secundum diploma Hadriani a. 124 (CIL III d. XXX) in Britannia militabat. titulus noster aetati Severi Alexandri tribuendus.

26. *ibid.* Gloster Hill supra vallum. CIL VII 1020.

[Ca]mpestris | ... oh I¹...?

1 c]oh(ors) I..

27. *ibid.* Newstead. nunc Eboraci. CIL VII 1080.

Campestr | sacrum. Ael | Marcus. | dec. alae Aug | Vocontif[or] | v. s. l. l. m

'Alam Augustam Vocontiorum [notae Galliae Narbon. gentis] in Britannia militasse praeter hunc titulum docet Batavus CIRh 67, in quo "decurionis alae Vocontiorum exercitus Britannici" mentio facta est'. Huebner.

28. *ibid.* Cramond prope ab vallo Pii. videtur perisse. CIL VII 1084.

Matrib Ala | tervis. et | Matrib. Cam|pestris coh I¹ | Tungr ins | Ulp. Scarm | [7] leg XX VV²

1 'in lapide puto fuisse aut Co-I. II aut COH. II' Huebner recte. nam titulo praeced. VII 1083 memoratur coh. V Gallorum, quae ut cum secunda Tungrorum Petrianis in castris fuit — non cum prima, quae Boreovici tendebat — ita hic quoque cum ea coniuncta apparet | 2 'ins(tante) Ulp(io) Sc...? [c(enturione)] leg(ionis) XX V(aleriae) v(etricis)'.
medio saec. II adscribit Huebner VII p. 190.

29. *ibid.* Auchindavy ad vall. Antonini. CIL VII 1114.

Marti | Minervae | Campestri|bus Hercl | Eponae | Victoriae | M
Coccei | Firmus | 7 leg II Aug

Idem Cocceius (cuius nomen gentilicium vetusto compendio scriptum Huebner notat) tres aras una repertas Iovi Victoriae — Dianae Apollini — Genio terrae Britannicae (VII 1111—1113) dedicavit; cumque imperator quem tit. 1111 appellat, Pius fuisse videatur, haec quoque inser. medio saec. II adtribuenda est.

30. *ibid.* Castlehill ad vall. Pii. CIL VII 1129.

Campes|tribus . et | Britanni ¹ | Q. Pisentius | Iustus pref | coh.
III Gal² | v . s . l . l . m

¹ 'Britanni(cis)'? | ² 'pr(a)ef(ectus) coh. III Gal(lorum)'. quae cum anno 105 in Moesia (CIL III d. XXII), anno 108 in Raetia (d. XXIV) fuerit, Hadriano demum imperante in Britanniam videtur venisse.

III.

Fati. Fatae.

1. Capuae rep. nunc *ibid.* in mus. CIL X 3812.

Δεσποίνη Νεμέσει | καὶ συννάοισι θεοῖσιν |
'Αρριανὸς βωμὸν | τόνδε . καθειδρύσατο
Iustitiae . Nemesi | Fatis quam voverat . aram
Numina sancta colens | Cammarius . posuit .

'Nota hominem in Graeco epigrammate iusto cognomine usum esse, in Latino signo'. Mo.

2. Romae rep. in via Tasso. Annali 1885 p. 239 n. 3. ara magna marmorea litteris bonis. supra 'seceepita, lituus', in lateribus 'urceus patera'.

Iovi . optimo . maximo | Iunoni . Minervae | Hereuli . Fortunae . Fe-
licitati | Saluti . Fatis . Genio . sing . Aug | emeriti . ex . numero eod[em]¹ |
missi . honesta . missione | ab . imp . Traiano . Hadriano . Aug | ipso . II .
cos . l . l . m . v . s

a. 118

¹ in lapide est: EODHOMC, litterae HO in litura; videtur nil aliud scribendum quam 'eodem'.

3[—14]. *ibid.* rep. = I 2. 4—11 = I 4—11. 12—14 = II 16—18.

15. Romae rep. CIL VI 1, 145. infra pedum plantae sex, quarum quarta pericrat.
 Fatis divinis C Clod[*ius*...] anus | ex viso vo[*tum*] solvit |
16. in agro Tergestino. CIL V 705.
 Fatis . Octavia | Sperata . votum | solvit . lib . mun¹
 1 'lib(*enti*) mun(*ere*)'? ut 'libenti animo'. vel 'libenter'.
17. Aquileiae rep. CIL V 775.
 Fatis . divin | et . barbaric | v . s . l . m | Postumia . P . I | Callirhoe .
18. ibid. rep. CIL V 8217.
 Fatis | v . s . l . m | Tertia
19. Brixiae rep. CIL V 4296.
 LIO...?¹ | Fatoru...? | nomine St[*atiae*?] | C . f . Cornelia[*nae*
et] | C . Terenti . Corne[*liani*] | et . M . Sili . Corne[*liani*] | filior . et² | M .
 Nonius . Clarus . . . ?³ | l . d . d . [d]
 Supplementa sunt Mommseni. Stata videtur uxor esse.
 1 'LIC aut ETO aut simile quid'. | 2 desideratur 'suo' sc. nomine. | 3 in-
 certumst quid post 'Clarus' fuerit.
 Nota gentilicia filiorum a patris diversa; ambo cognomine matris utuntur.
20. In vico Botticino Sera. nunc Brixiae. CIL V 4209.
 Fatabus | Deico | Biei . f | v . s . l . m
21. Calvasesii in ecclesia S. Petri. nunc in mus. Brixiano. CIL V 4208.
 Fatis | Dervonibus¹ | v . s . l . m . M . Rufinius | Severus
 1 Conferendae sunt (CIL V 5791) Matronae Dervonnae Mediolani cultae; ad-
 notat Mommsen: 'vicum provinciae Mediolan. Dervo s. Dervio cum matronis
 composuit Labus'.
22. Tridenti. CIL V 5012.
 Fa[*tis*]s | V us | et s | M ma | Ci vi | v m
 Plures dedicantes ob 'et' vs. 3 videntur nominati fuisse. In fine 'v.s.l.m.'?
23. ibid. Vezzano ad lacum Benacum. CIL V 5002.
 Fatis mascu|lis . sac . | Staumus . Ve|sumi . Britti¹ . et | Cornelia .
 S . fil | Prisca | ex voto posuer
 1 deest filius ut supra I 19. dedicautes sunt peregrinus cum uxore Ro-
 mana, cuius nomina iusto ordine scripta titulum bonae aetati vindicant.

24. In castro Doblino ad lac. Benac. CIL V 5005.

Fatis . Fata[bus] | Druinus . M . No[mi] | Arri . Muciani . e . [v]¹ | ac-
tor . praedioru[m] | Tublinat³ . tegurium³ | a . solo . inpendio . suo . fe|cit .
et . in . tutela . eius | HS . N . CC . conlustrio⁴ | fundi . Vettiani . dedit

1 'c(larissimi) [v(iri)]'. Mucianus consul fuit a. p. C. 201, qua re tituli actas definitur. Druinus est servus vilicus; de 'actore praediorum' cf. Marquardt privatalt. VII p. 137 | 2 'Tublinat(ium)'. vides 'Doblino' vetus nomen servasse, ut 'fundī Vettiani' memoria mansit in hodierno Vezzano (cf. tit. praeced.) | 3 Cum Labus a Mommseno citatus 'tegurium' diversum dixisset a 'tugurio' (parva casa Sall. Iug. 19s, 46s), H. Jordan de nostro titulo seorsum commentatus Herm. VII p. 193 eadem haec esse recte contendit; cf. 'dicendus dicendus' sim. est autem hoc loco 'tegurium' fere idem quod alibi compitum vel adicula dicitur. | 4 'in tutela eius sestertium n(ummos) ducentos conlustrio': duae res difficultatem movent, 'tutela' et 'conlustrium' ἀπαξ λεγόμενον. ut ab hoc ordiar Mommsenus rem ita explicuerat: 'sacrum ita dedicari videtur, ut quotannis ad id lustrentur praedia Tublinatia, adiecta praeterea ea condicione ut simul lustretur fundus Vettianus'. hoc 'simul lustretur' Jordan ll. non inesse voci 'conlustrii' dixit, quae a 'conlustrando' derivata intensivam lustrandi vim exhibeat; summam quoque rem, lustrationem fundi Tublinatis, ita ὡς ἐν παρόδῳ tangi solum. ipse autem aliam explicationem non profert; nam quod conicit 'conlustrio' esse 'honoris, ornamento' (conf. 'iulustris') nihili est, cum lapis Tublini, non Vettiani steterit. equidem cum Mommseno facio comparans 'commilitium'. iam patet hoc quoque, non legendum esse cum Jordano: 'in tutela(m)' i. e. ad conservandam adiculam, sed 'in tutela' sc. numinum quibus tegurium sacratumst. (Marini Arv. p. 374.)

25. Pannonia superior. col. Claudia Savaria (Stein am Anger) CIL III 4151; melius Arch. epigr. Mitth. II p. 12. in antica et in postica tres mulieres velatae stantes, in lateribus patella-urecus.

Fatis Tenati | Rio diaspi/// | Tenatia///// | Dido///fc// | //i////n// |

Dedicantes e gente Tenatia fuisse apparet; vs. 2 fortasse fuit: R IO 'Rhodi...'
In fine v. s. l. m?

26. Hispania Tarraconens. Valentiac. CIL II 3727.

protome mulieris	Fatis Q . Fabius Nysus	protome mulieris	protome mulieris
	ex voto		

27. Gallia. Nemausi. Muratori I 89, 2.

Fatis | T . Pomponius | ex voto . |

cognomen omissum titulum antiquiori aetati adsignat.

28. Germania. Coloniae. perit. CIRh 322.

Fatis.

29. ibid. Veteribus. Ex Turcii hist. duc. Iul. Cliv. Mont. publici iuris fecit
Fulda Bonn. Jahrb. 53/54 p 248.

FATIS | T

Idem hoc fragmentum a Turcio servatum

.

. . I V L . F . L I

C I O

P R O S E

T E S V I S . V . S

non improbabiler cum praecedente coniunxit ut integer evadat hic titulus:

Fatis | [M] Iul. Feli|cio | pro se | et suis . v . s

Falsa.

1. Aquileiae rep. CIL V 1 fals. 37.

Fatis . Aug | sac | Q. Babienus | Proculus | cum . suis | v . s . l . m

'Haec per se genuina esse potest, sed non minus facile conflata esse ex
titulis sinceris etiam ab Asquinio relatis n. 763. 765'. Momms. idem dedi-
cans V 763, 764 'Q. Babienus Proculus pater noster'. sc. cultus Mithriaci.

Monumentorum enarratio.

Conlectis monumentis atque inlustratis sequitur ut videamus quid inde ad historiam illarum religionum perspicendam lucremur.

Primum si quaeris quanam sedes religionis Suleviarum¹⁾ fuerit, apparet Romam, ubi dimidia quidem omnium titulorum pars reperta est, non venire in rationem: qui dedicarunt enim sunt milites peregrini, qui cultum e patriis suis in urbem secum attulerunt interque commilitones propagarunt. restant igitur Dacia, Raetia atque Helvetia, Gallia Narbonensis, Germania inferior, Britannia meridionalis; atque si equites singulares qui nominatim patrias significant, adhibemus, duos Oescēnses (9) quattuor Sirmienses (5, 9) Vangionem (11) Nemetensem (3) Treverum (I 6^b) tres Baetasios (5)

accedunt Moesia, Pannonia, Germania superior, Belgica. cum vero Suleviae proxime, ut statim docebitur, cum deabus Matribus s. Matronis²⁾ cognatae sint, non abs re erit huius quoque religionis sedes comparare; eae igitur iisdem fere in terris pietate provincialium honoratae sunt, nisi quod ex provinciis Danuviensibus nullum earum monumentum innotuit³⁾, multa autem in Gallia transpadana, nonnulla

1) 'Sulevias' non 'Sulevas' numina dicta esse probat dativus 'Suleviabus' (21); ceteroquin sane semper 'Sulevis' vota solvuntur, ter (3, 4, 17) 'Suleis'.

2) Ut hoc semel dicam, mihi 'Matres sive Matronae', ut legitur in monum. Bonnensi Bonn. Jahrb. 67 p. 69, eadem numina sunt, quamquam nuperrime Mommsenus, Westd. Ztschr. Corresp.-Bl. 1886 p. 125 adn. 1, ut alibi prius, iterum titulo Lugdunensi nisus quem 'Matribus Pannoniorum et Delmatarum et Aufanis Matronis' tribunus leg. I Min. sub Severo fecit, diversas eas dixit [Boiasieu, inscr. de Lyon p. 59, 44]; cum hic non sit locus uberius ea de re disserendi, hoc unum addo variarum regionum varium esse usum loquendi: in Gallia transpadana et Germania inferiore regnat 'Matronarum', in Gallia et Britannia 'Matrum' nominatio.

3) Nolim enim titulum Lugdunensem (v. adn. praeced.) huic referre; iam Mommsenus EE V p. 202 numina recte scripsit patrias militum spectare qui tribuno illi parebant: Aufanias M. revocandas esse ad Germanos. atqui ut ex 'Ma-

in Hispania manserunt. hoc primum intellegimus Sulevias, ut deas Matres, non Romana sed barbara numina esse, cum Italia antiqua titulis earum prorsus careat, cultas esse in celticis et germanicis regionibus. quamquam ex monumentis quae supersunt satis raris ac dispersis praecipuam eius religionis patriam, vel ut aiunt centrum circuli indicare nondum licet¹⁾.

Sed quibus temporibus viguit cultus? secunda fortuna accidit quod Romana monumenta fere omnia certis annis adscribuntur (1, 5—12): antiquissimum anno 132 (5) factum est atque exinde per totum saeculum alterum ad tertii initia numina Romae culta esse discimus:

6 est anni 133, 7—134, 8—137, 9—138, 10—140, 11—141, 12—160, 1—207.

neque ex reliquis lapidibus indicium diversum nascitur; nam quod videam, nullus est qui iure primo saeculo adtribuatur; 2, 3, 4 aetati Hadriani addiximus, 21 ea nentiquam prior est; qui restant quamquam non fixae tamen posterioris aetatis videntur esse. ergo statuendum erit cultum Suleviarum per secundum tertiumque p. Chr. saeculum in honore fuisse. Matres autem s. Matronas si rursus conparamus, ea religio antiquior fuit quippe quae aliquot aris iam primi saeculi nota sit; velut Pallantiae (CIL V 6641) pro salute C. Caesaris votum solvitur, monumentum autem Coloniense (CIRh 407) ob litterarum formas²⁾ aetati Claudianae adtributum est. duravit autem ea religio per tria prima saecula christiana.

Iam videamus qui qualesque homines numina ista pietate prosecuti sint. casu puto factum est quod adhuc nullam feminam dedicantem repperimus; inde enim ne quid temere concludamus, suadent duae dedicationes factae 'pro se et suis' (16. 20). certe sat multae mulieres cognatis Matronis vota libentes solverunt.

Etiam quod longe maior pars monumentorum (1—13, 21) a militibus facta sunt, eius rei causa in propatulo est: sunt ea omnia

tribus Afris (CIL VII 238) vel 'omnium gentium' (CIL VII 887) non efficitur Matres in Africa vel ubique terrarum cultas esse, sic 'Matres Pannoniorum et Delmatarum' hunc cultum illis regionibus vindicare nequeunt.

1) Recte Mommsen Westd. Ztschr. I. I. p. 124 adnotavit Suleviarum cultum proprium equitt. singg. fuisse et per hos in Italiam translatum esse; sed quod scripsit '*was wir jetzt erfahren, dass diese Suleviae zu den Matres gehören, genügt allein, um sie Untergermanien zu vindicieren*', vix recte dictum est; nam cur idem adn. 3 Matrum cultum '*einen ursprünglich wohl batavischen*' nominet ignoro; certe Galliam Narbonensem plane neglexit.

2) cf. Huebner, exempla scripturae epigraph. 60 2.

(excepto 21) Romae consecrata, ubi privati vere Romani peregrina numina non curabant. aliud autem maioris momenti est; invenies enim neminem inter milites illos cuius ordo centurionatu vel decurionatu superior sit: numeravi decuriones centurionesve quattuor, principales fere quadraginta, ut appareat hanc religionem humilioribus maxime hominibus propriam fuisse.

Id confirmatur, si privatos qui dedicarunt, perlustramus; ex his fere duodecim cum unus sit libertinus (17), unus sculptor (23), peregrini certe 6 (17, 19, 23), reliquos quoque non errabimus si inferiori sorti adscribemus.

Res eadem fere in cultu Matrum cognoscitur: inter milites per multos qui huic superstitioni dediti erant, duos tantum inveni centurione superiores, Lugdunensem tribunum legionis I Min.¹⁾ (cf. p. 29 adn. 2) et in Britannia praefectum alae I Hispan. Astur. (supra II no. 25); inter privatos autem servi libertini peregrini frequentes nominati religionem eam fovisse probant provinciales humilioris conditionis.

Sed ut summam rem aggrediamur inquiratur oportet, quaenam credita sit vis ac natura horum numinum esse quae in celticis ac germanicis terris volgus colebat.

Primum secundum anaglyphum tit. 12 de quo paulo uberius infra disputabitur, ut Matres s. Matronae, Suleviae tres sedentes feminae fingebantur; plus discimus ex cognominibus. nam tamquam cognomen ipsae cum Matribus nectuntur in monumentis Rom. 1—11; neque enim separandas esse Matres ac Sulevias, id quod voluit Henzenus l. l., inde intellegas quod numquam ordo earum commutatur, cum e. gr. Fatae et Salus 9,10 alio atque 4, 5, 8, 11 ordine legantur. accedunt similes nominationes 'dea Sul. Minerva', 'I. o. m. Serapis', praesertim 'Matronae Iunones' (CIL V 5450) 'Iunones Matronae' (V 3237, 5249), vel ne longius quam opus est excurramus, 'Suleviae Iunones' ipsae (I 20.)

Apparet igitur Sulevias cum Matribus proxime esse cognatas. atqui cum monumentis plus trecentis Matrum s. Matronarum collectis intellexisse mihi videar harum primariam naturae partem contineri notione curae tutelaeque, quae primitus certa loca, dein diver-

1) Iniuria igitur Huebner CIL VII 994 Iulium Victorem facit tribunum, qui memoratur ibid. 980, 988. immo est signifer cuius monumentum sepulchrale habemus ibidem 1011.

sissimas vitae humanae rationes spectet, gentes familias singulos¹⁾, consentaneum est hanc tuendi vim etiam Suleviarum naturae subdere.

Sunt quasi genii laesve muliebres apteque L. Cassius Nigrinus (20) Sulevias invocavit 'Iunones'. Iunones enim quarum 41 monumenta praecipue in Gallia transpadana Germaniaque reperta mihi innotere, quaeque barbara non Romana numina esse inde intellegas quod Roma vel Italia antiqua nullum earum titulum tulit, eadem atque Matronae sunt et nihil nisi vere Latinum nomen exhibent: cum enim Matronae genii tutelares putarentur, vix aptius e Latino²⁾ sermone et mythologia verbum aderat; satis est genii virorum, Iunonis mulierum commonefecisse.

Observandum autem est tutelam regionum vel locorum, quae per multis Matrum cognominibus significatur tractis a gentibus (Matres Italiae, Germanae, Matronae Veditantiae) vel locis (Matres Vacallinae, Almahae, Ubelnae, Matronae Albiahenae, Veteranae, Axsinginae) minus cerni in cultu Suleviarum; certum eius rei exemplum est 'Sulivia Idennica Minerva' (18); possis huc referre etiam 'Sulevias Montanas' (15) quibuscum apte conferuntur 'Iunones Montanae' Nemausi cultae (Orelli 1324).

Familiarum vero curae egregia mentio fit (17) adiectis verbis suis 'qui curam vestra(m) agunt', quae maioris sunt momenti, quod cognomina nonnulla dearum Matrum adhuc plerumque aliter intellecta rectius explanant; dico autem monumenta sacrata

'Matribus suis' BJ 67 p. 54 (Berkum). CIRh 684 (Antunnaci)

CIL VII 950 (ad vallum Hadriani) VII 1342 (Eburaci)

'Matribus Mopatibus suis' CIRh 71 (prope Noviomagum)

'Matribus meis [Ger]manis Suebis' Arch. Zeit. 28⁵⁴ (Coloniae)

'Matribus paternis et maternis meisque Sulevis' I 1 (Romae)

Haec igitur omnia ita interpretor ut additamentum tit. 17 'qui curam vestram agunt' monstrat: pertinent ad singulas personas, cum plerique³⁾ putent Matres his cognomentis numina tutelaria eorum locorum significari, unde illi homines orti sint ('heimatlich'). at Romanus quoque titulus I 1 qui claram distinctionem habet, ad verbum

1) Prelleri (mythol. ³ ed. Iordau p. 288) verbum '*segnende Göttinnen der Flur und des Waldgebirges*' rem non profligat videturque falsa Matrum Campestrium interpretatione niti; de quibus vide infra p. 37.

2) 'Matrona' Romana dea in cultu solemniori non nuncupatur; quamquam Hor. od. 3, 4, 59 de 'matrona Iunone' loquitur.

3) e. gr. Mommsen Archäol. Zeit. 27 p. 89.

intellegendus est: Saturninus militiae vicissitudine procul a sede familiarium remotus Matres implorat, quas, ut Romani genios¹⁾, patris et matris suamque ipsius tutelam benigne gerere persuasum habet; sane eam cum totius gentis cura cohaerere, alterum altero contineri docent dedicationes factae 'Matribus meis Germanis' 'Mopatibus suis'.

Neque si 'paternis' cognomen cum alio iunctum comparet, negem cultum earum in terra patria vigentem eo significari, velut

CIL VII 499 (Ponte Aelio): 'dea[bus] Matribus tramarinis patriis'

CIRh 321 (Coloniae): 'Matribus paternis Hiannanef' (?)

CIRh 1969 (Veteribus): 'Matribus [M]arsacis²⁾ paternis sive maternis'

CIRh 1970 (Veteribus): 'Matribus Frisavis³⁾ paternis'

Videor mihi demonstrasse tuendi vim naturae Suleviarum propriam habitam esse; sed quid de nomine earum?

Regnat fere opinio primum quod sciam ab Orellio (2103) deinde ab aliis, velut Kernio⁴⁾, nuperrime a Marucchio⁵⁾ prolata, ex qua derivatae a 'silva' caedem finguntur esse atque Silvanae; has e monumentis supra p. 18 conlatis intelleges Nymphas quasdam esse proxime cum deo Silvano cognatas, cultas praecipue in Pannonia, ubi etiam Silvani religio magno in honore fuit; ex CIL III indice discitur quam magna eius dei titularum copia in illis regionibus prodierit.

Duo autem maxime ab iis afferebantur, qui Sulevias non diversas a Silvanabus esse opinabantur: forma in tit. 17 falso lecta SVLFIS, quam Mommsenus iam diu in SVLEIS correxerat idque

1) CIL II 2407^e 'Genio meo'. notum est singulos Romanos, ut Plinii verbis utar (N. H. II 5), 'ex semet ipsis totidem deos fecisse, Iunones geniosque adoptando sibi'. ideo Quartilla Petroniana (c. 25) 'Iunonem' inquit 'meam iratam habeam'.

2) Sic recte puto Bergkium Westd. Ztschr. I p. 153 adn. 2 emendasse; traditur 'Arsacis'. Marsacos Plin. IV 101 in Rheni delta narrat habitasse; cf. CIL VI 3263: D. M. Hortesio Mucroni nat(ione) Marsaquo.

3) 'Frisavis' non 'Trisavis' probavit apographon Turcii BJ 53/54 p. 243. ceterum etiam 'Matres domesticae' imprimis Bonnae cultas (CIRh 470, BJ 59 p. 40, 55/56 p. 239) ut 'Silvanum domesticum', 'Lares domesticos' (CIL III 4160) non ad patriam, sed ad ipsam domus curam refero; aliter sane iudicandae sunt CIL VII 915, 939; vel BJ 67 p. 69: 'Matribus sive Matronis Aufaniabus domesticis'.

4) 'Germaansche woorden in latijnsche opschriften'. Amsterd. Akad. Letterkunde II 2 p. 304; versio francogallica inest Revue celtique II p. 153 sqq. Kern cognomina Matronarum a Germanicis stirpibus derivare conatur, in universum parum feliciter.

5) Bullet. archeol. communale 1866 p. 131.

nunc Romanis monumentis 3, 4 splendide confirmatum est; dein mon. 12 Sulevias coniunctas cum 'Campestribus' exhibens, quae numina non recte ad rus arva segetes referri solebant. his refutatis — Campestris enim apparebit deas militares esse — eum forma 'Suleviae' intercalata vocali plane a latinae linguae legibus abhorreat, aliunde lux numinibus certe peregrinis petenda est.

Atqui, id quod nuperrime contendit Villefossius¹⁾ et accepit Mommsenus²⁾, dubium esse non potest quin eadem stirps insit in nomine deae Sulis, cuius monumenta in appendice I supra composuimus. inde autem discitur huius deae praecipuam sedem fuisse in urbe balneisve quae ab ea nomen traxerunt, Aquis Sulis Britanniae meridionalis: ibi templum eius fuisse collegiumque sacerdotum (1, 7), invocatam eam esse 'pro salute et incolumitate' hominum (2, 3) qui salubres medicosque urbis fontes frequentabant. ceterum titulus Panticapaeus probat alibi quoque magnum fuisse aut eiusdem numinis honorem aut eodem vocabulo numen.

Nominatur autem dea Sul(is?) ter 'Minerva' in inscriptt. Bathianis (1, 4, 5), qua re memorabile Solini testimonium egregie firmatur narrantis (c. 31 p. 115, 1 Momms.) in Britannia praeter magna et multa flumina esse etiam 'fontes calidos opiparo exultos apparatu ad usus mortalium; quibus fontibus praesul est³⁾ Minervae numen, in cuius aede perpetui ignes numquam canescunt in favillas, sed ubi ignis tabuit, vertit in globos saxeos'.

Iam cum titulus Nemausensis (I 18) Suliviam quoque 'Minervam' appellet, cum Aquis Sulis (I 23) etiam Suleviae a Sulino quodam, cuius nomen ut Sulini cultoris deae Sulis (p. 24 n. 5), aperte hanc spectet, honoratae sint, consentaneum est statuere haec numina arte inter se cohaerere. atque si quid in rebus obscuris licet proferre, vox 'solis' non procul abest de qua adeas Curtii Grundztlge p. 551; is confert

Σείρ σέλας Σελήνη *lat.* serenus sol. *goth.* savil. *kymr.* corn. heul = sol. *ir.* suil. *i. e.* oculus, *genetiv:* sula [*Zeuss gramm. celtic.*² p. 250].

Quae si recte comparantur, Suleviae sunt 'tuentes', id quod tantopere consonat cum iis quae de natura dearum tutelarum expo-

1) l. ad I 20 laud. p. 344.

2) Westd. Ztschr. Corresp.-Bl. 1886 p. 123 adn. 2.

3) Supervacaneumst Huebneri conamen scribentis CIL VII p. 24: 'quibus fontibus praesul Sul(is) Minervae numen'.

suimus, ut magnam huic derivationi veri similitudinem vindicare audeam.

Restat ut pauca addamus de anaglypho quo mon. 12. Romanum ornatum est.

Finguntur enim Suleviae tres feminae matronali habitu sedentes, omnes tenentes flores in sinu, exteriores spicis ornatae. idem fere est Matrum s. Matronarum typus, quae ubique fere calathos fructuum floresve manibus tenent, in Gallicis monumentis interdum cornu copiae ornantur; spicas portant Matronae lapidis Lopodunensis cum Genio sociatae (BJ 44 p. 36), itemque Matrona dextra monumenti quod in vico Zazenhausen prope Cannstatt repertum est. (Württembergisch. Jahrb. 1835 I p. 23 n. 17.) talia notum est eorum numinum insignia esse quae salutem ac fecunditatem donare credebantur, satisque habeo ad Matzi et Duhnii librum 'Autike Bildwerke in Rom' relegasse (no. 303, 305, 312, 314 al.).

Etiam sacrificii quod infra in monumento Suleviarum sculptum est, similia e Matronarum cultu adferri licet¹⁾; Romano ritu centurio

1) Fortasse non abs re erit Matronarum monumenta huc spectantia componere.

I. Pallantiae rep. 'Matronis' dedicatum imperante Caligula.

vir capite velato d. libat in aram, s. acerram tenet; adsunt tibicen a sin. et camillus cum urceo et patella ansata a d. latere; ovis est inter camillum et sacrificantem.

CIL V 6641; delineatum Archaeologia 46, 1 p. 173.

II. Antweiler. 'Matronis Vacallinehis' ded. periit.

vir cum muliere litat ad aram, stat intermedius puer. supra tres matronae fictae erant.

CIRh 529. Gruter 913.

III. Tolbiaci rep. nunc Bonnae. 'M. Cuchinehis' ded.

ara est intermedia, a. s. lat. tres matronae stantes cum capitis magno velamento; a. d. l. miles dedicans.

CIRh 541. Hettner. catal. 53.

IV. Bettenhofen rep. nunc Bonnae. 'M. Etttrrahenis et Gesahenis'.

ara media; a sin. parte duae matronae, prior magno capitis nimbo, nescio quid ad aram porrigens (dea cum ministra?), a dextra p. duae figurae masculae, prior patera in aram libans, posterior vestis sinu fructus adportans. — supra tres Matronae.

CIRh 617=BJ XII tab. I, II 1.

V. Fuit Blanckenhemii; periit. — sine titulo.

pone aram intermediam figura muliebris altero pede arae insistens.

a. s. p.: figura feminea stans, magna tiara ornata, sinistr. manum sub sinu tenens.

a. d. p.: camillus succinctus, sin. urceum gestans. Schannat, Eiflia illustrata ed. Baersch I tab. VI 24.

ipse vitta ornatus ministrantibus duobus camillis sacris operatur. ut hic sus adducitur, sic in d. latere monumenti Matronarum Veteranarum (CIRh 575 = BJ XII tab. IV 3) nunc Bonnensis camillus suem levat; caput suis cernitur in mensa quae est in d. latere monumenti Arvagastarum (CIRh 590 = BJ 20 tab. II 3b c, III).

Altero loco de Campestribus dicendum est, quae numina adhuc a multis meo arbitrato non recte intellecta magni momenti sunt ad vim ac naturam etiam dearum Matrum perspiciendam.

Itaque loca perlustrantes quibus cultus floruit, Romam ut supra omittere possumus; reliqua monumenta reperta sunt in Numidia, Dacia, Pannonia, Raetia, Germaniae superioris agris decumatis, Britanniae parte septentrionali; e patriis quas aliquot dedicantes nominant, vix novam cognoscimus religionis sedem. iis quos supra p. 29 enumeravi, accedunt

Siccensis (23) cives Thraces (15) Raetus (18) cives Tribocus (16).

Vides Campestris iisdem fere in regionibus honoratas atque Sulevias, nisi quod harum monumentis carent Numidia, Germania superior, Britannia septentrionalis, illarum Germania inferior, Britannia meridionalis. deas Matres s. Matronas si comparamus, desunt tituli Campestrium in Gallia transpadana, Gallia¹⁾, Hispania, Germania inf., accedunt inscriptiones regionum Danubiensium, Numidiae. et quamquam nomen vere latinum dissuadere videtur, tamen cum ex Italia nullum adhuc monumentum innotuerit, Campestris quoque non Romana, sed barbara numina putanda sunt.

Aetas autem superstitionis eadem fere atque Suleviarum cultus est, saecula p. C. II et III. nullus quod videam titulus iure saeculo primo adscribitur; 19 videtur Traiano imperante factus esse, etiam 23, 24 satis antiqua tempora sapiunt; Romani omnes sunt aetatis Hadriani et Antonini Pii (16 anni 128; 7—9, 17, 18, 10—13 ann. 132—141; 14 ann. 160; 3—6, 15 aetatis Hadriani). Britannicum monumen-

VI. ibidem. perit. sine inscriptione.

in medio est olla (ara?)

a. s. p.: tres Matronae, duae posteriores nimbo ornatae.

a. d. p.: duae feminae, prior cum tiara. Schannat ibid. I tab. VI 25.

1) apparet enim hac in re titulos 27 (ala Vocontiorum) et 30 (coh. IV Gallorum) nihil valere.

tum quod novissimum videtur, 25, imperante Severo Alexandro dedicatum est.

Iam cultores si perlustras, res memorabilis atque diversa ab ea emergit quam in Matrum et Suleviarum religione observavimus: nulla femina, nemo privatus — nam Maximus Lambaesianus (2) victu castrensi utebatur — Campestris pietate prosecutus est. milites tantum vota solvunt neque ii inferiorum omnes ordinum: Romanos enim equites singg. quorum nemo centurione superior est, si mittimus, alibi gregarios non invenies. universi numeri nominantur 26, 28 (instante centurione). centuriones 19 (24?) 29; decurio 27; praefecti alae 22, 25; cohortis 30; tribunus cohortis 23.

Sed quaenam vis ac natura eorum numinum putabatur esse, quae milites tam pia religione venerabantur? bis nuncupantur 'Matres campestris' (25, 28) in Britannia; Numidica monumenta 'Dis Camp.' sacrata sunt, reliqua omnia 'Campestribus', ita tamen ut in ara 16 clare inter numina feminea recenseantur — id quod certe ad Romanos ceteros quoque titulos pertinet, num ad omnes reliquos infra dīiudicandum erit. cave autem cum 'Fatis' Campestris coniungas, quas cum plerumque in titulis Romanis sequantur tamen antecedunt iis 9, 10.

Sunt igitur numina feminea certe aliquatenus cum deabus Matribus cognata; verum hoc ipsum effecit ut multi¹⁾ de natura earum perperam iudicarent. nam Matres s. Matronas cum ruri praecipue cultas iisque ab agricolis fruges oblatas esse animadvertissent, imprimis deas arvorum segetumque fingebant hanc numinis partem cognomine 'Campestrium' significari opinantes. peccant autem primum in linguam; rectissime idem Prellerus p. 351: '*campus ist nach römischen Sprachgebrauch speciell das militärische Uebungsfeld*'. 'campester' nullo quantum video loco de rure segetibus usurpatur: inserviunt his notionibus 'ruralis, agrestis'. Verg. Aen. III 34 '*Nymphas venerabar agrestes*'. immo 'campester' spectat castrorum militum bellorum vitam moresque. Horatius de art. poet. 379: '*Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis*' ep. I 18⁵⁴: '*scis quo clamore coronae | proclia sustineas campestris*'. etiam si Scythas *νομάδας* c. III 24, 9 'campestris' nuncupat, patet hoc longe ab agricultura remotum esse. sic 'Marti campestri' primo die anni militaris dedicatur CIL II 4083 [Kal. Martiis] a. p. C. 182], sic 'cohortes campestris' novimus EE IV n. 103, 236.

1) Fiedler, Gripswald. Matronensteine. Bonn. Winckelm.-Progr. p. 12. Preller, mythol. ³ p. 288. Marucchi, Bull. comm. 1886 p. 131.

Fatendum igitur erit *Campestres* esse numina militaria, non *agrestia*: iam intellegimus qui factum sit, ut milites imprimis ea colerent, ut in eis regionibus in quibus *Matrum* s. *Matronarum* si licet dicere '*agrestium*' religio viguit, in Gallia transpadana, Narbonensi, Germania inferiore, '*Campestrium*' nullum adhuc monumentum repertum sit.

Atque si quaeris cur deae *Matres* cum his dis militaribus coniungantur, explicatio haud ita difficilis videtur esse; tenendum enim est vim tuendi quae latissime pateat et praecipue ac primitus ad certa loca pertineat, genuinam ac primariam earum fuisse. itaque milites qui in castrorum procliorumque vicissitudinibus versabantur, hic quoque illas benigne curam suam agere credebant, et indigitabant quas '*campis*' in quibus exercebantur vel tendebant, praesidere opinabantur.

At restat unum ut disceptetur, num ubicunque *Campestribus* votum solvitur, *Matres Campestris* intellegendae sint. plura obstant: in Romanis monumentis etsi secundum tit. 16 muliebria numina putanda sunt, numquam tam arte quam *Suleviae* cum *Matribus* coniectantur; deinde in *Numidia* (1, 2) *Matrum* religionem fuisse praefraete negabimus. atque hic cum '*dis camp.*'¹⁾ dedicatio fiat, melius dei quam deae intelleguntur apteque conferuntur *Lares* militares quos cultos invenis CIL III 3460, 3463. denique tituli ipsi *Britannici* 25, 28 quasi sermonis institutione monstrare videntur non solitam esse hanc dearum compositionem: 28 '*Matribus Alatervis et Matribus C.*' cum satis fuerit dixisse '*Matr. Alatervis et Campestr.*' 25 '*Matribus tribus C.*' qui numerus quamquam monumentis egregie comprobatus, hoc uno loco verbis additur expressis. accedit quod inter *Campestrium* cultores pro paucitate monumentorum sat multi sunt superiorum ordinum, quam rem iam dixi diversam esse a *Matrum* religione.

Proffigare talia vix licebit; de singulis alii aliter iudicabunt, velut suspicor *Terminum* tribunalum (II 23) cum *Campestribus* votum solveret, de deo non dea cogitasse.

1) Ipso quidem verbo '*dis*' non cogimur ita statuere; cf. CIL VII 221 '*dcis Matribus*', ceterum numina utriusque sexus quae eiusdem fere naturae sint, alias quoque invenias: velut mox *Fatos Fatasque*; cum *Laribus* compitalibus Romanorum aequantur peregrinae '*Quadriviae*' (CIRh 1139), amboque coniuncti videntur esse *Orelli* 2105: '*dis deab[us] Bivis Trivis Quadrivis*', ubi mea sententia '*di Bivii Trivii Quadrivii*' non diversi sunt a *Laribus* compitalibus.

Tertio loco monumenta composui consecrata Fatis.

Ac primum hic quoque satis memorabilis est locorum distributio quibus tituli comparuerunt; exceptis enim Capuano et Romanis haec numina, quae aperte Romanae divinitatis nomen prae se ferunt, nulla ara vere Italica honorantur. immo deducimus in regiones quibus cultus Matronarum proprius fuit, in Galliae transpadanae regionem X, Pannoniam, Hispaniam, Galliam, Germaniam inferiorem.

Sexiens monemur ne Fata neutrius generis putemus dedicantibus religioni fuisse: 'Masculos' Fatos invocat peregrinus Staumus (23) qui quasi consulto a 'femineis' eos distinguere videtur velle; masculique sunt Fati cum Fatabus sociati tituli 24. 'Femineis' Fatis sacrata sunt monumenta 12 (numerantur inter numina muliebricia) 20, 24 ('Fatabus') 25, 26 (ubi tres deae ipsae sculptae sunt).

Quare ita ut iam Iordano (ad Prelleri mythol. ³ II p. 194) visumst, statuemus etiam ceteris omnibus Fatis non subesse notionem 'ineluctabilis' fati, sed intellegi genios tutelares utriusque sexus. neque obstare puto tit. I in quo cum Iustitia et Nemese coniunguntur et inter numina dominae Rhamnusiae contermina referuntur: nam in Romanis quoque inscriptionibus quarum duodecima 'Fatas' prae se fert, Saluti et Felicitati adseruntur.

Paulo notitiam nostram de natura dearum adaugent quae restant cognomina.

17 Fatis divinis et barbaricis dedicatur, in quibus explicandis Mommseno adstipulor haec adnotanti: '*Fata vel potius Fati barbarici non videntur esse posse nisi numina eius generis in barbarico culta, i. e. peregrina, quibus opponi Romana tamquam vere divina notabile est*'. atqui si Fatas barbaricas h. e. in barbarico cultas circumspicimus, praesto sunt deae Parcae, quarum tredecim monumenta ipsa quoque in celticis terris reperta mihi innotuerunt. haec bis in Britannia 'Matres Parcae' (CIL VII 418, 927) vocantur neque diversae videntur esse a Fatis illis barbaricis.

Iam cum accedat ara 21 Fatis 'Dervonibus' sacra a quibus Matronae 'Dervonnae' prorsus nequeunt seiungi, non nimis hercle audaces erimus, si statuimus femineas Fatas sicut Parcas cognatas cum Matribus esse earumque numinis partem quandam repraesentare.

Quadrant in hanc sententiam, quae de cultoribus et aetate religionis discimus.

Romae tantum milites Fatis vota solvunt; alibi privati. inter hos quinque mulieres repperi (16—19, 23), familias 19, 23. liberta (17) servus (24) peregrini (20, 23) rursus humiliores ordines monstrant.

Floruit autem cultus, si monumenta sequimur, per prima tria saecula christiana; nam quamquam nullum monumentum certo argumento saeculo primo adscribitur, 23, 27 bonae aetatis sunt. dein Romana imperantibus Hadriano et Antonino Pio facta sunt; primum, 2, anno 118, tum per annos 132—138 tit. 5—7, 13, 14, 8, 9; denique 10, 11 a. 140, 141. Tublinas tit. 24 incipientis saeculi tertii est.

V i t a.

Petrus Guilelmus Maximilianus Siebourg Crefeldensis natus sum die III. mensis Octobris a. h. s. LXIII, patre Guilelmo matre Anna e gente Steiger, quibus adhuc superstitionibus vehementer gaudeo. fidem profiteor catholicam. litterarum elementis imbutus per septem semis annos gymnasium Crefeldense frequentavi, quod adhuc Wollsciffeno direttore laetissime floret; ibique imprimis Wollseiffeni Lingenbergi philologorum, Isenkrahoi mathematici nunc Bonnensis egregia disciplina utebar. vere anni LXXXII maturitatis testimonio instructus philologiae ut operam navarem, hanc Musarum sedem Rhenanam adii, quam nunc sum relicturus. ante paucos dies ordo philosophorum Bonnensis commentationem quam scripsi de Matrum sive Matronarum religione, praemio ornavit. docuerunt me viri doctissimi: Birlinger, Buecheler, R. Kekulé, Klein, Luebbert, Maurenbrocher, J. B. Meyer, Neuhaenser, Nissen, Ritter, Schaaffhausen, Schaarschmidt, Schaefer, Vsener, Wilmanns. ut in seminarium philologorum Bonnense reciperer, Buecheleri, Luebberti, Vseneri benevolentia factum est; ad seminarium historicum me admiserunt Nissen, Ritter, Schaefer. praeterea benigne concesserunt, ut ipsorum exercitationibus interesserem epigraphicis et philologicis Buecheler per tria semeustria, philosophicis Meyer, Neuhaeuser. his praeceptoribus meis omnibus, imprimis vero Buechelero, Luebberto, Vsenero gratiam quam maximam habeo semperque habebō. restat ut pio lactoque animo memorem Schaarschmidtii liberalitate mihi contigisse, ut per quinquies sex menses bibliothecae regiae universitatis amanuensis admissus librorum thesauris frui possem liberrime; ibique et in studiis meis et in re bibliothecaria semper benigne me adiuvēre viri el. Rau, Gerhard, Becker.

Sententiae controversae.

- I. Aristoph. Ecclesiaz. vss. 80—105 iusto ordine in codicibus leguntur.
- II. In Aristoph. Ranar. argumento I emenda: πεζῇ τὴν λίμνην κύκλω περιπορεύεται; libri πορεύεται. cf. argum. III: περιήει.
- III. Euripid. Phoeniss. vs. 52:
καὶ σκῆπτρ' ἔπαθλα τῆσδε λαμβάνει χθονός
verba τῆσδε χθονός corrupta sunt.
- IV. Is qui dialogum Pseudo-Platonicum 'Alcibiadem I' composuit, argumentum operis ab ipso Platone conviv. pg. 216 A adumbratum habuit.
- V. In formis adhibendis quales sunt 'dictus' = 'dictus est', 'bonus' = 'bonus es' Terentius ita progressus fecit, ut eorum numerus procedente fabularum aetate minueretur.
- VI. Publili Syri vs. I 49 sic emenda:
Inertiae est laboris excusatio.
libri: inertia est.
- VII. CIL VI 1 p. 332 in laudatione Turiae vs. d 3 suppleo:
'pollice[ba]tur', Mommsen 'pollice[re]tur'.
- VIII. Senecae ep. 95 § 56 rectissime in Bambergensi est: 'omnes ista cert^aes se sciunt.' h. e. 'certa esse'.
- IX. Phaedrum fabularum auctorem Publilium mimographum ad imitandum sibi proposituisse monostichis similibus, rhythmo, sermone probatur.
- X. Iul. Valer. rer. gest. Alex. Magni lib. I 32
vs. 4 scribendumst: 'Nec quae reformat perpes aevi aeternitas'; 'nec' deest in libris
vs. 5: 'Enim'; libri 'nam'.
- XI. In Rutillii Namatiani itinerario tractando editores nimis coniecturis indulerunt, cum textus qui vocatur non unico cod. Vindobonensi nitatur.
- XII. CIRh 319^b: 'Q' non delendam litteram significat ut dubitans putat Brambach, sed 'quondam' ut CIL III 3396.
- XIII. Imm. Kant (Krit. d. rein. Vern. p. 275) non demonstravit mera sui conscientia mundi exterioris existentiam probari.



Class 8959.2
De Sulevis campestribus facta.
Widener Library 002691577



3 2044 081 378 242

